BI OTECA NAZ
150
L
65
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
150
L
65
NAPOLI

Digitized by Google

115
AA
34

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DELICIAE

ERVDITORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

DELICIAE ERVDITORVM SEV VETERVM ΑΝΕΚΔΟΤΩΝ OPVSCVLORVM COLLECTANEA

IO. LAMIVS

Collegit, illuſtravit, edidit.

FLORENTIAE. MDCCXXXIX.
Ex Typographio PETR. CAIET. VIVIANII
ad Inſigne D. THOMAE AQVINATIS.

Cum adprobatione.

Digitized by Google

VA1 1510078

HISTORIAE SICVLAE

LAVR. BONINCONTRII

PARS PRIMA.

Digitized by Google

NOBILISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO

DOMINO DOMINO

D O M I N I C O

AQVAVIVAE ARAGONAE.

A T R I A E   D V C I   X V I I.

TERAMI PRINCIPI.

AQVAVIVAE BITONTI ET ARENAE

M A R C H I O N I.

IVLIAE ET IOVIAE COMITI.

OPTIMATI HISPANIAE.

AVREI VELLERIS CALATRAVAE

ET SANCTI IANVARII

E Q V I T I.

CATHOLICI REGIS

CVBICVLARIO HONORARIO.

M A R E S C H A L L O.

Digitized by Google

ET COHORTIS PRAETORIAE ITALICAE

P R A E F E C T O

I O. L A M I V S

DEDICO CONSECROQVE.

HAud opus profe-
cto, PRINCEPS
AMPLISSIME, ut clariſſima Tui
ge-

Digitized by Google

Generis principia repetens, & vetuſta ſaecula evolvens, per immenſam Maiorum nobiliſſimorum ſeriem ad TE uſque deſcendam, & inclitam familiae Tuae nobilitatem, amplitudinem, decora, opes, ob legentium oculos ponam, quo perſuaſum habeant mei huius Voluminis Patronum elegiſſe maximum, glorioſum, munificum. Tot ac tantae ſunt virtutes Tuae, ac laudes; tot tantorumque titulorum fulgore coruſcas, ut avitae gloriae nihil indigus, ſi minus Maiores longe illuſtriſſimos ſortitus eſſes, vel ſolus infinitum decus, & lucem ſplendidiſſimam, iis foenerare potuiſſes; & quam praeſtantiſſimi eſſent, quod TV ex iis egregium noſtri aevi decus & ornamentum emicuiſſes. Nam

Tuae gentis gloria ac praeconiis iam celeberrimus, umbratilem vitam, & familiares fortunatae & opulentae domus delicias indignatus, Regi potentiſſimo Te adprobaturus militiae nomen dediſti, & egregiis facinoribus, & rebus praeclare geſtis, admirandus, Philippi V. Hiſpaniarum Regis clementiam, & munificentiam adeo demeruiſti, ut Tuam virtutem remuneraturus, Te ad primarias & ampliſſimas dignitates evexerit. Sed plurimi faciendum, & noſtra aetate maxime rarum eſt, Te tot negotiis arduis implicitum, & medio armorum ac militiae ſtrepitu & tumultu diſturbatum, pacis etiam ſtudia colere, & doctrinas ac litteras Tuo praeſidio opibuſque iuvantem, non ſper-

nendam librorum copiam a TE comparatam Muſis dedicaviſſe. Hinc mihi proclive fuit, patrocinium Tuum & favorem huic meo Volumini deſiderare, deſideratumque obtinere; non tantum quod litterarium laborem pacato vultu a TE excipiendum ſperarem; quantum quod Patriae tuae, & rerum ab ea geſtarum cognitionem benigne amplexurus eſſes; nam Hiſtoriae Neapolitanae a *Laur. Bonincontrio* ſcriptae portionem hoc continet. Quum igitur Hiſtoria haec Tua protectione gaviſura ſit, nihil metuo iam quid invidia contra eam moliri poſſit. Nam Nominis Tui immortalis ſplendore & auctoritate, munita, aut facile omnes ad ſe commendandam adlexerit; aut feliciter

lividos abs ſe carpenda deterruerit. Vtinam tanto Praeſide & Fautore Muſae & bonae artes diu laetentur, & TE ob ſublimes virtutes Tuas, & beneficentiam in primis, ac comitatem, bonis omnibus cumulatum Deus Opt. Max. in longiſſima tempora ſoſpitet. Vale. Dabam Florentiae VIII. Kal. Martias Anno MDCCXXXIX.

CAN-

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI

IO. LAMIVS S. D.

Vum V. C. & de litteraria Rep. optime meritus, Lud. Ant. Muratorius, *ubi* Laur. Bonincontrii *noſtri Annalium partem inter ſuos rerum Italicarum Scriptores publici iuris fecit*, *pluria de eodem, eiuſque familia*, *litteris mandaverit*, *& omnia collegerit*, *quae de eo* I. Gaddius, M. Poccìantius, Io. Ger. Voſſius, & Nigrius *tradiderant*, *egregiam Praefationem edito Fragmento praetexens*; *iam de eo non multa mihi commemoranda ſuperſunt*, *niſi*, *quod quaedam ab ipſo tantum indicata*, *ipſe latius exſequar*, *ex* Bonincontrii *Annalibus excerpta, atque ipſiſſimis eius verbis ſaepe referam*

ram, *ut Bonincontriae gentis monumenta lucu-lentius intelligi poſſint. Nonnulla etiam adii-ciam, quae illi intacta, tam de Bonin-contrio noſtro, quam de eius patria, Sancti Miniatis Oppido, eiuſque titulis, & Viris illuſtribus. Rationem inſuper reddam, cur ad hanc eius Hiſtoriam Siculam edendam adgreſſus fuerim.*

Laurentius *igitur noſter Ceum quemdam Bonincontri, qui Othonis I. temporibus vixe-rit, in* Annalibus *producit, ſuae gentis aucto-rem, ſi de ſe ipſi creditur. Nam* Annal. ad annum *MCXII. inquit*. Id oppidum ab O-thone I. conditum, in quo Alemannum quemdam Arnulphum inſtituit adpellatio-num Tuſciae iudicem (ideo enim nomen ſervat *al Todeſco*) ad quem adpellationes deferebantur. Huic Alemanno Stephanus alter ſucceſſit. Is fuit Cei Bonincontri fi-lius, a quo gentiles mei originem habuere. *Quod habet etiam Hiſtoriae Siculae Lib. II. pag.* 112. *Ad annum vero MCLXXXVI. ita ſcribit*: Miniatenſes Stephanum Cei fili-um gentilem meum, Bonincontrumque, qui cum Friderico militabat, cum Lamber-tuccio Ciccione altercantes, Ceulas relega-runt, ne duabus familiis in oppido diffi-dentibus tumultus gravior exoriretur: Lam-bertuccium vero Lucam in exſilium dedere. *Sed ut de ſua gente quaecumque ſcribit omnia refe-*

referamus, ad Annum MCCII. tradit, Mangiadorios, Guccios, Collegarlos, & Bonincontrios, ob exortas Gibellinam, & Guelfam factiones, ex Sancto Miniate eiectos fuiſse. Ad annum autem MCCCXXVIII. memoriae prodidit Accium Galeatii Vicecomitis filium, Bonincontro ſuadente, Bavarum ab ingreſſu urbis probibuiſſe. Ad Annum MCCCXLI. ait, illum Bonincontrum, qui cum Caſtruccio fuerat, fuiſſe proavum ſuum; & a Ioanne Vicecomite conductum eſſe, iuris interpretem peritiſſimum. Quare, ſi haec vera ſunt, non eſt dubitandum quin Bonincontriorum familia, quae iam defecit, inter primarias & vetuſtiores Miniatenſes recenſenda ſit. Laurentium noſtrum uxorem habuiſſe conſtat, & Laurentium quemdam eius nepotem ex litteris, quas Romae anno MDLVI. ſcribebat, adgnoſcimus. Floruiſſe autem medio circiter Saeculo XV. & ex eius ſcriptis patet, nam hiſtorias ad haec uſque tempora deduxit, hoc eſt annum MCCCCLVIII. & ex Marſilii Ficini *Epiſtolis, quarum quaedam ad Laur. Bonincontrium ſcriptae occurrunt Libris III. IV. & V. Scribit ſe anno MCCCCXXXI. e patria ſua fuga ſubripere coactum, & ſuas facultates detentas, quod Florentinis, ut videtur, in ſuſpicionem veniſſet; & ad Imperatorem Sigiſmundum ſe contuliſſe, a quo clementer ac munifice*

exceptus

exceptus fuit. Hac de re ita ad Annum MCD XXXI. ſcribit : Eodem tempore Miniatenſes ad Sigiſmundum Laurentium Bonincontrium patruum meum miſere, ut libertatem ſibi adſciſcerent. Miſſus eſt in Piſano ob eam rem Albericus Comes Lugi, ut Miniatenſibus praeſidio eſſet. Qui quum venire recuſaret ſaepius expoſtulatus, tale inceptum fruſtra ſuſceptum eſt. Ego ob eam rem magno cum periculo patria pulſus, bona mea detenta, & ego in exſilium datus ad Sigiſmundum confugi, a quo adiutus apud eum fui. *Sed & Piſis tunc verſatus eſt, ubi bona quaedam Bonincontria familia, ab ea Rep. ſibi donata, poſſedit. Et in Catalogo familiarum nobilium Piſanarum, quem edo pag.* 251. *Bonincontria gens occurrit. Ipſe de hoc ad annum MCCCLI. in* Annalibus *ita ſcribit:* Per ea tempora Florentini Piſtorium & Pratum ſuſceperant; quo metu Piſani permoti oratores ſuos ad Ioannem Praeſulem mittunt, orantes ut illis praeſidio ſit. Quod ſi urbis dominium poſceret, id tantum agant quantum eis fuerit a Bonincontrio Miniatenſi perſuaſum, quem acceperant intimum Conſiliarium Ioannis fuiſſe, atque acceptum. Hac legatione ſubſcepta, eodem Bonincontrio operante factum eſt, ut Archiepiſcopus Galeatium Vicecomitem in Piſanorum praeſidium

mit-

mitteret cum Barbutis quinque millibus. Sic enim homines militares, equiteſque, a forma caſſidum adpellabant, ea lege, ut poſtquam in Piſano eſſent, partem ſtipendii unam Piſani illis ſolverent, alteram Vicecomes. Ob eam rem gratiae a Piſanis Miniatenſi habitae, donantque ut in urbem eorum ipſe, & eius poſteri, pro civibus reciperentur; domum inſuper Piſis, & agri aliquantulum, quem ego quoad exſilium datus poſſedi. *Hunc Bonincontrum anno MCCCLXXI. iam confectum aetate obiiſſe ſcribit; & ad annum MCCCLXVIII. ait Michaelem Bonincontrium Iuris interpretem, & Ludovicum Guccium, a Petro Gambacurta conductos Piſas incoluiſſe; & orta ſeditione, & tumultu in Sancto Miniate Ludovicum Ciccionium, & Philippum Lazzarini ſcribam ex Bonromaeorum gente rebellaſſe, irruenteſque in aedes Michaelis eas diripuiſse & incendiſse, interfeciſseque filium ſemeſtrem Avi ſui in ulnis maternis. Patrem autem ſuum Bonincontrum, & Franciſcum Michaelis filium, ſe e muro praecipitantes incolumes Piſas evaſiſſe. Ad annum vero MCCCLXXXVII. tradit Bonincontrium Patrem ſuum in expeditione Africana unius Piſanae triremis Praefectum fuiſse. Sed licet nomen proprium patris numquam enunciet, reperio adpellatum fuiſſe Io-*

Ioannem. Nam in Excerptis cuiuſdam libri Baſilicae Laurentianae Florentinae, qui inſcribitur: Campioncinus Beneficiorum, *occurrit anno MCCCCXXXVIII. ſucceſsor Antonii Allii in Canonicatu SS. Coſmae & Damiani*, Marianus Iohannis de Bonincontris Miniatenſis Laurentii Aſtronomi celeberrimi frater. *Quod forte evincat Bonincontrios gratos acceptoſque fuiſse Mediceis; nam ille Canonicatus inſtitutus fuit a Ioanne Medice patre Coſmae Patris Patriae anno MCDXXVIII. Ad annum MCCCCXVI. ſcribit, Ludovicum Ciccionium filiam ſuam Franciſcam Nicolao Bonincontrio Avo ſuo deſponſaviſse; & huius aedes a Ludovico poſtea, aliiſque, incenſas fuiſse. Matthaea quoque Franciſci Bonincontrii filia memoratur in Epitaphio quodam, quod Piſis in D. Catharinae exſtat cum duplicibus Inſignibus atque ita habet:* S. Honorabilis viri Ser Vannis quondã Ser Ferrini Notarii de Santo Miniate, ac eredum ſuorum, in quo eſt ſepulta Domina Mattea uxor eius filia quondam Ser Franciſci de Bonincontris, que obiit die VI. Settembris MCDXXVI. *AEtatem autem ſuam* Laurentius *noſter uſque ad Sixti IV. Pontificatum hoc eſt annum MCDLXXXI. & ultra neceſsario produxerit; ſiquidem, quum in Atheneo Florentino Profeſsor eſset, ut videtur; & Manilium poetam primus omnium in Italia pu-*

publice legiſset , & commentariis adſcriptis ediſseruiſset ; eos Raphaeli Riario Cardinali nuncupat ; editique ſunt Romae anno MCDLXXXIV. In Epiſtola autem nuncupatoria , ubi de Manilio loquitur , haec habet : Quem divinum poetam ego primus in Italia publice conductus Florentiae legi ; & quidem magno auditorum adſenſu. *Qualecumque autem eſset* Bonincontrii *noſtri ingenium & eruditio , certe ille ſua aetate maxime probabatur ; quod vel ex* Marſ. Ficini *litteris ad eum ſcriptis elucet ; quarum unam hic lubet inſerere ex Libro III.*

Marſilius Ficinus Laurentio Bonincontrio Aſtronomo & Poetae
S. D.

Dici non poteſt quanta in legendis tuis litteris voluptate adfectus fuerim , clariſſime Laurenti. In iis autem nihil equidem minus accuſo , quam quod ipſe magis excuſas. Verum quid dixi modo , mi Laurenti? Imo vero accuſo nihil , ubi mihi ſingula ſummopere placent. Ergo ut rectius loquar nihil in tuis litteris mihi placet magis , quam quod tu maxime ſubſpicaris mihi minus forte placuiſſe. Prolixitatem , inquam , amice , tuam , imo ſobrietatem. Quae enim revera ſunt bona , quo maiora ſunt , eo etiam meliora. Refers ad nos iudicium inter numina tua graviſſimum,

inter providentiam, videlicet, & fatum, & liberatem. Audio ad Paridem quondam iudicium inter tres Deas fuiſſe delatum. Ego autem diſcrimine tanto offendere numina nolim. Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis ſpretaeque iniuria formae. Forte vero nihil amplius ſupereſt periculi. Videris ipſe cautiſſimam de iis tuliſſe ſententiam. Non enim inepte, ut nonnulli conſueverunt, ſeiunxiſti numina, ſed invicem aptiſſime coniunxiſti. Sententiam vero tuam latius in Libro de Aſtrologis confirmamus. *Aliaquae de* Laurentio *noſtro dici poſsent, a Clariſſimo V.* Lud. Ant. Muratorio, *ut diximus, occupata ſunt, quare ea in praeſens omittimus, ne actum agere videamur*.

Itaque quaedam heic tantum adnotabo, occaſione adrepta, de Viris doctrina, aut armis, & muneribus publicis, conſpicuis, qui Sancti Miniatis Oppidum decorarunt. Primuſque occurrit anno MCCXLIV. Recuperus Spadalunghius. *Iureconſultus Miniatenſis, qui una cum Thadaeo Matricio Sueſsano a Friderico II. Imperatore Orator ad Concilium Lugdunenſe miſsus eſt; id quod ſcribit etiam* Bonincontrius *noſter in* Annalibus *ad hunc Annum; licet* Recuperum *tantum nominet, nec* Spadalunghii *cognomentum addat. Alius quoque* Recuperus Spadalunghius *in-*

ſignis

ſignis Iureconſultus memoratur, *qui anno MCCCLII. naturae conceſſit*, *ut* Bonincontrius *pariter in* Annalibus *ad hunc annum litteris mandavit. Nam aetas non ſinit opinari hunc eſſe eumdem Recuperum cum ſuperiore ; alias ille ultra conſuetum mortalium ſpatium vitam produxiſſet. Niſi* Bonincontrius *noſter, Auctor non nimis exactus, tempora confudit atque turbavit. Quod tamen non videtur quum huius* σύγχρονος *Bartolus a Saxoferrato fuerit*, *ut ipſe* ad L. Titia §. Imperator ff. de Legat. II. *memoriae prodit. Quin &* Recuperi cōſilia *eſſe ferūtur, quae ad hunc probabiliter, non ad antiquiorem, pertineant. Hunc pariter Florentiae Graecas litteras profeſſum eſſe, ſunt qui dicant, neſcio quo auctore ; quod certe illa aetate ſatis mirandum, mihi autem vero multum abſimile, Spadalunghiorum ſepulcrum in Abbatia S. Mariae Florētiae exſtat, traditque* Pl. Puccinellius in memorabilibus Sepulcralibus Abbatiae Florentinae, *ſepulcrum illud Recupero Doctori conceſſum fuiſſe, qui obiit anno MCCC. Sed Epitaphium ita habet* : Sep. Guilielmi filii Ser Matthaei de Spadalunghis de Sancto Miniate Notarii, & Exſequtoris Artis Lanae civitatis Florentiae. *Si autem quod* Puccinellius *prodit verum eſt*, Recuperus *ille*, *cui ſepulcrum conceſſum fuit*, *Recuperus ſe-*

nior eſt ; *utpote qui anno* MCCC. *ſupremum diem obierit*, *Huius quoque meminit* Io. Baptiſta Gazzalupius Tractatu De Modo ſtudendi in utroque iure, *aitque fuiſse Ioannis Palearenſis Senenſis* σύγχρονον. *Anno* MCCCII. Ioannes Lelmi *a Comugnolo Miniatenſis floruit*, *qui rerum ſuae aetatis breve diarium conſcripſit ab hoc anno initium faciens & deducens uſque ad annum* MCCCXVIII *quod quidem*, *licet recentiori manu exſcriptum*, *apud me exſtat ex dono viri humaniſſimi & eruditiſſimi* Petri Pauli Roffiae, *Patricii Miniatenſis*, *cuius liberalitati debeo pleraſque notitias*, *quibus hanc meam Praefationem locupleto & exorno. Eius Diarium initium tale habet :* L'Anno dall'incarnazione del noſtro Sig. Gesù Criſto MCCCII. e a dì XXVIII. del Meſe d'Agoſto, le infraſcritte coſe furono notate per me Giovanni di Lelmo da Comugnoli, Notaio e uomo della Terra di Saminiato al Tedeſco, da me parte vedute, parte udite, e fedelmente ſcritte. *Iam de Bonincontrio*, *& Michaele Bonincontrio*, *Iureconſultis tempeſtive mentionem fecimus*, *utpote qui ex Maioribus* Bonincontrii *noſtri fuerunt* ; *ſed eodem ferme tempore floruiſse videtur* Durantes *a Sancto Miniate*, *cuius Italicum carmen perbreve offendi in Manuſcripto Codice Bibliothecae Riccardianae una cum Carminibus alio-*

rum

rum eiuſdem ferme aetatis Poetarum, *ut* Petrarchae, Antonii Ferrarienſis, Lancelotti Placentini; Brutii Mediolanenſis, Danthis Aldighieri, Sennuccii Benucci, Ioannis Boccaccii, Richardi Albizzi, Matthaei Albizzi, Iacobi Cecchi, Nicolai Soldanieri, Fatii Uberti, Richardi Comitis, Guidonis Cavalcanti, Petri Danthis, Magiſtri Pauli, Friderici Gieri Arretini, Franciſci Turae, Gregorii Caloniſtae, Iacobi Ghizzi, Rinaldi a Cepperello, Franci Sacchetti, Lapi Collenſis, Pandulphi Malateſtae, Simonis ab Antella, Bindi Bonichi, Matthaei Coregiai. *Carmen* Durantis *ita habet*:

Ballata di Ser Durante da Saminiato.

Nè morte, nè amor, tempo, nè ſtato,
Nè voſtra crudeltà, potran far ch'io
Altra donna metteſſi nel cor mio.
Ne' primi tempi di mia giovinezza
Come amor volſe, Donna, voſtro fui;
E ſe io moſtrai d'altra vaghezza
Fecil per tor di noi il mal dire altrui.
Onde vi giuro ſolo per colui,
Le cui ſaette non curate un fio,
Che altra che voi di me non può dir, Mio.

Sed & Frater Simon *a Sancto Miniate Poeta Italicus fuit, et eius ode Italica exſtat in Codice MS.* Gab. Riccardii *Marchionis & Canonici Florentini, niſi memoria me fallit*;

aliosque viros Miniatenſes litteris claros in antiquis voluminibus evolvendis me offendiſse memini, quos quum adnotare meis in Adverſariis neglexerim, nunc neceſse eſt ut eos ſilentio praeteream. Anno MCCCLXIX. Paulus de Portiſanis de S. Miniate Iuriſperitus & Rector Vniverſitatis Studii Florentini a Carolo IV. Imperatore, una cum Ioanne de Riccis cive Florentino Legum doctore (ipſe addiderim, & Poeta; nam eius carmina quaedam Italica exſtant in Codice MS. Bibliothecae Riccardianae) Iudex conſtituitur in cauſa vertente inter Ioannem de Tedaldinis, & Commune Piſanum filiosque Caſtruccii; qua de re etiam mentionem feci in mea Synopſi Chronologica, quam Chronico Imperatorum Leonis Vrbevetani *inſerui, ad hunc annum. Incertum eſt quando Frater* Ioannes *a Sancto Miniate Camaldulenſis vixerit, qui Opus Fr. Petrarchae* De Remediis utriuſque Fortunae *e Latina lingua in Italicam vertit; ſed certe neceſſe eſt ut ante annum MCD LXIV. claruerit, quum Vir Cl.* Ant. Maria Biſcionius, *cui pluria, quae in hac Praefatione memoro, accepta fero, huius operis Codicem MS. viderit eo anno exaratum.* Bonincontrio *noſtro contemporalis fuit* Michael Mercatus *Miniatenſis, ad quem Marſilii Ficini Epiſtolam ſeu potius Dialogum inter*

Deum

Deum & Animam Lib. I. *habemus*, *atque ita incipit:*

Marſilius Ficinus Michaeli Mercato
Miniatenſi dilecto Conphiloſopho ſuo
S. D.

Saepe de moralibus naturalibusque una philoſophati ſumus, dilecte Michael, ſaepius de divinis. Memini autem te ſaepenumero ſolitum dicere mortalia uſu comparanda eſſe, naturalia ratione quaerenda, divina a Deo oratione petenda, &c. *Hunc Michaelem ferunt cum Ficino conveniſſe, ut qui prius naturae concederet, alteri ſecundum obitum adpareret de aeternitate animi eam certiorem facturus, quod & contigerit; ſed haec nos haud moramur, & ad anilia fabulamenta reiicimus, hiſtoriae verae fidem tantum ſequuturi. Floruit etiam eodem tempore* Antonius Moralis *Miniatenſis, quem Seraphicum & Conphiloſophum ſuum* Marſ. Ficinus *adpellat, pluresque litteras ei ſcribit* Lib. I. & Lib. VIII. *Vnius Epiſtolae initium hoc eſt:*

Marſilius Ficinus Antonio Seraphico Conphiloſopho
S. P. D.

Tam grata mihi fuit, Seraphice, Epiſtola tua, quam grata tua mihi libertas. Significabat enim te tamdem a negocio in ocium libertatemque vindicaſſe teipſum, &c. *Quemdam autem* Ioannem Franciſcum

Tinctium *Miniatenſem induſtrium & eruditum Virum fuiſſe, & volumen luteis pagellis conſtans compoſuiſse, indicat inſcriptio in laterculo pariter luteo expreſſa, quae mihi a Viro* Cl. Gualterio *Medicinae Profeſſore commodata.*

Eſt Ioannis Franciſci Tinctiorum
Miniatenſis terreum volumen
Quod de materia plurium mundorum
Tractat demonſtrans ſecus Elſe flumen
Eos gradatim quot aſtra celorum
Quovis cingente totidem qui lumen
Prebent pro ſtellis centrico eius alis
De quorum primo gradu eſt hic noſtralis.
An. C. MDLXXXVI.

Quorum verſuum ſenſum ſi probe percipio, Tinctius *hic nil aliud demonſtrare conabatur, quam ſingula aſtra eſſe mundos, huic noſtro perſimiles; ſententia antiquis non ignota, & recentiorum quibusdam haud omnino improbata, ut* Chr. Hugenio, Fontanellio, *aliiſque. Hic ut videtur in iisdem Aſtronomicis ſtudiis ac* Laur. Bonincontrius *popularis ſuus verſatus eſt; ſed acriore iudicio uſus fabulamenta Apoteleſmatum reiecit, & univerſitatis conſtitutionem ſcrutari & obſervare conatus eſt. Sed &* Nicolaus Bonaparte *Piſani Lycei Profeſſor per haec tempora Muſis amicus carmina Italica ſcribebat; eiuſque Comoediam habemus, quae* Vidua *inſcribitur. Quin ſub huius eiusdem ſae-*

ſaeculi exitum Mich. Mercatus *Clementis VIII. Pont. Max. Archiater patriam ſuam Sanctum Miniatem illuſtravit , pluresque compoſuit libros quorum praeſignis eſt ille, qui inſcribitur* Metallotheca Vaticana. *Alius titulus eſt :* Inſtruzione ſopra la peſte , &c. *Compoſuit item opus* De Romanis Obeliſcis *ad Sixtum V. Pont. Max. cuius etiam operis ſupplementa edidit, eo libello qui inſcribitur :* Conſiderazioni ſopra gli avvertimenti del Sig. Latino Latini , &c. *Quare vir doctus meruit , ut eius honeſtam mentionem faceret* Ioan. Mabillonius *in ſuo* Itinere Italico. *Fuit &* Ioannes Celſus *Iureconſultus Miniatenſis , cuius exſtat liber anno MDCXXIV. editus , cuius titulus :* Princeps ex Tacito , *ad Alexandrum Strozzam Epiſcopum Miniatenſem .* Donatus *quoque* Roffia *Miniatenſis, ut videtur , fuerit, qui Diſſertationem, qua Danthis Comoediam defendit, concinnavit.* Alexander Bernardini F. *a Sancto Miniate Paſtoralem Comoediam ſcripſit ad amicum ſuum Petr. Franc. Gryphonium.* Americi *a Sancto Miniate meminit in ſua Hiſtoria* B. Varchius . Ioannes Antonius Anſaldus, *LI. Italica Epigrammata varii argumenti compoſuit , quae anno MDCLXVI. Florentiae edita ſunt .* Raphael Anſaldus *ab* Octavio Rinuccinio *in ſuis Carminibus nominatur. Vltimus ex Anſaldorum familia ,*

quae licet Florentiam tranſlata Miniatenſis eſt, Anſaldus Anſaldius *occurrit*, *Poeta*, *&* *Iureconſultus eximius*, *cuius Odas & Carmina Italica*, *& Tractationes de Commercio & Mercatura*, *& Controverſias ac Deciſiones Iuris*, *habemus*.

Sed & Viros publicis muneribus inſignes hoc oppidum tulit, *& principum ac Imperatorum mora nobilitatum fuit*. *Anno MCXIX. Locterius de Sancto Geneſio Imperialis Aulae Iudex nominatur in Diplomate Henrici V. dato Piſis in* Bullario Caſinenſi. *Anno MCLX. Guelfo Tuſciae Marchio in Oppido Sancti Geneſii conventum habuit*, *ut* Abbas Vrſpergenſis *auctor eſt*; *& in eodem Oppido Eccleſiae Piſanae iura & privilegia confirmavit*, *ut conſtat ex Diplomate apud* Vghellium. *Anno MCLXXXIV. IV. Kal. Auguſti Fridericus Imperator Sancto Miniate verſabatur*, *ut patet ex Diplomate apud laudatum* Vghellium. *Anno inſequenti Henricus VI. Rex ibidem morabatur*, *quod eius Diplomata oſtendunt*. *Anno MCLXXXVIII. Fridericus Auguſtus Sancto Miniate pariter erat*. *Anno MCCVIII. Otho IV. die XXVII. Octobris in eodem Oppido verſabatur*, *ut tradit* Iugurtha Thomaſius Lib. IV. *Erat etiam ibidem pridie Kal. Novembris*; *& anno inſequenti in Oppido S. Geneſii*, *ut ex eius Diplomate elucet*. *Anno MCCXIX. Malpileus*

de

de Malpileis a S. Miniate Paduae Praetor erat. Anno MCCLI. Ioannes Mangiadorius Archidiaconus Lucenſis Epiſcopus Florentinus creatus eſt, obiitque anno MCCLXXIV. Anno MCCLXXXII. Nicolaus Mercati Notarius Piſis erat, qui an Miniatenſis fuerit alii iudicaverint. In Piſanis monumentis occurrunt item anno MCCLXXXIII. Ioannes Buonaparte, & anno inſequenti Dietiſalvi Ruſtici; Hoc eodem anno Iacobus a Sancto Miniate Praetor Vrbis veteris, ut apud Cyprianum Manentem *videre eſt. Anno MCC LXXXVI. Baro a S. Miniate Paduae Praetor. Anno MCCIIC. Bertholdus Malpileus a S. Miniate Paduae pariter Praetor, ut conſtat ex* Praetorum Catalogo Archivi Papafavei Patavini *& ex* Hiſtoria Angeli Portenarii. *Baro a Sancto Miniate Vrbis Veteris Praetor. Anno MCCC. Bartolus a S. Miniate eiusdem Vrbis Praetor. Anno MCCCIII. Carolus Regis Galliae filius Sancto Miniate verſatur, ut tradit* Ioannes Lelmi. *Sed ex iis, quae narrat* Io. Villanius Lib. VIII. Cap. XLVIII. & XLIX. *id non anno MCCCIII. ſed MCCCII. vel antecedenti contingere debuit, quando Carolus Valeſius Florentiam advenit, vel quando, quum Florentiae ea quae cupiebat perfeciſſet, Neapolin profectus eſt. Subſpicetur quis non multo ante Miniatenſes forte Guelfis faviſſe,*

 & for-

& forte Caroli Regis res ſequutos eſſe, quod ex inſequenti Inſcriptione in Eccleſia Miniatenſi exſtante eluceat ; quae quidem ita habet:

Factum eſt hoc opus tempore
Poteſtariae nobil. Viri Domini Vgi
De Cancellariis de Piſtorio Dei & Regia
Gratia poteſtatis Cois S. Miniati per
Magiſtrum
Giroldum quondam Iacobi de Cumo ſub A.
MCCLXXIV.

Ad quem enim referatur illud Regia gratia? *Rodulphus Imperator erat, non Rex, & anno praecedenti electus fuerat. Carolus vero tum temporis in Etruria plurimum poterat. At non videtur dubitandum, quin heic Rodulphus indicetur, qui anno MCCLXXIII. Rex Romanorum electus eſt, & Rex vocatur etiam a* Bonincontrio *noſtro in* Annalibus *ad hunc annum his verbis :* Anno ſalutis MCC LXXIII. Rodulphus Ruffus Comes Alſatiae ab Alemannis in regem adſumitur, &c. *Sed ante eum* Io. Villanius Lib. VII. Cap. XLIV. *ita ſcripſerat :* Confermò Ridolfo Conte di Furimborgo eletto Re de Romani Signor di gran valore. *Verum de hoc cuique liberum iudicium eſto ; indictum tamen nolim me hanc Inſcriptionem, & nonnulla alia, quae meam hanc Praefationem illuſtrant, liberalitati Viri eruditiſſimi* Salv. Salvinii, *Patricii & Canoni-*

ci

ci Florentini, debere. Anno MCCCV. Garanus a Sancto Miniate Vrbis Veteris Praetor & Capitaneus. Anno vero inſequenti Philippus a S. Miniate eiusdem civitatis Capitaneus. Anno MCCCVIII. Lambertuccius Ciccionius Auximenſis praetor moritur, ut Io. Lelmi *ſcribit. Anno MCCCIX. Philippus Baronis de Mangiadoris Regii Lepidi Capitaneus. Anno MCCCXI. Rodulphus de Malpileis a S. Miniate Paduae Praetor. Anno MCCCII. die XXIV. Aprilis Henricus Imperator Sanctum Miniatem venit, & Ioannes Mangiadorius Praetor Auximenſis moritur. Anno MCCCXIV. Imperator Henricus die IX. Auguſti Piſis ad Sanctum Miniatem pervenit, in eius planitie ſubſiſtens loco, qui* Rivi rupti *adpellatur, ut ſcribit* Ioannes Lelmi. *Anno MCCCXLVII. Borromaeus de Franchis, Lazarini F. Iudex Florentiae, ex quo Borromeorum gens originem duxit; quae deinde nomen ſuum in Vitalianos Mediolanenſes tranſtulit, quum filia Alexandri Borromaei, Philippi F. eorum cuidam circa annum MCDX. nupſiſſet, ut ſcribit* Ferd. Leopol. de Meliore in Florentia illuſtrata. *Et quidem Bonromaeos ex Sancto Miniate deſcendere teſtatur etiam inſcriptio, quae exſtat Venetiis in Eccleſia Sanctae Helenae, quae anno MCDXX. a memorato Alexandro Bonromaeo exſtructa fuit, & pretioſa ſupellectili dita-*

ditata. Inſcriptio autem ita habet, prout eam refert Fr. Sanſovinus *in* Venetiarum Deſcriptione Lib. V.

Mitis Alexander vir Bonromaeus Etruſcus
Natus enim Sancto Miniate propagine clara,
Frater & ipſe ſuus quoque Bonromaeus amoenis
Sortibus exhibitus, fieri fecere Capellam
Hanc Helenae ſub honore ſacrae fulgente paratu.

Et Alexander quidem mortuus eſt anno MCD XXXI. quum Bonromaeus eius frater, Vallis Tiarae Comes, & Arquati Dominus, obiiſſet anno MCDXXII. ut ex eorum Epitaphiis conſtat apud eumdem Sanſovinum. *Anno MCCCLV. Carolus IV. Imperator Sancto Miniate verſatur, auctore* M. Villanio Lib. IV. *Anno MCCCLXIX. Nicolaus Guidottius a S. Miniate, Iudex Vicarii Fani in Marchia, cui Pater Epiſtolam ſcribit, quae in fine Chronici Io. Lelmi exſcripta fuit. Inter Senatores autem, ſeu Piſanos Antianos, ut vocant, occurrunt anno MCCCXIX. Ninus Franchini, anno MCCCXLII Ciale Migliorati qui forte Miniatenſes fuerint. Anno MCCC XIL. Ioannes Borromaeus. Anno MCCC LXX. Franciſcus Borromaeus. Anno MCCC LXXII. Ioannes Bonromaeus. Anno MCD.*

Lu-

Ludovicus Borromaeus. Sed & armorum gloria illuſtres quidam Miniatenſes fuere, quos inter praecellit Ioannes Mangiadorius, de quo ita in Annalibus Bonincontrius noſter ſcribit, ad annum MCCLXXIII. Ioannes Mangiadorius recepto Miniate Oppido compatriota meus, eques cum equitibus trecentis pro Bononienſibus contra Venetos militavit. *In excerptis vero* Aurel. Gryphonii, *de quibus* pag. 31. *mentionem fecimus, anno MCCXCVI occurrit Ioannes Armaleoni a S. Miniate qui Conteſtabilis Piſanorum ſtipendia merebat, Checchus Anſaldi, Ciluppus Mannarius, & Nerius ſeu Rainerius Baroncinius a S. Miniate Comes ſtabuli, qui anno MCCIIC ſub Duce Simone Abatio Florentino Piſanorum ſtipendia pariter merebant. Anno MCCCXV ſub duce Huguccione a Faſiola Petrus Ruſtici a S. Miniate miles, & ſignifer, pro Piſanis militabat. Anno MCCCXXIV. Piſanorum ſtipendia merebant Lazarinius, & Franciſcus a S. Miniate. Et ſub Caſtruccio anno MCCCXXIX. Cianus a S. Miniate Conteſtabilis, miles; Bandinus Gherardi a S. Miniate miles; Minellus a Roſſia miles. Et ſub Caſtruccio quoque militavit Bonincontrius eques, ut noſter* Laurentius *tradit.*

Sed ut ad Laurent. Bonincontrium *noſtrum revertamur, Hiſtoria eius Sicula,*

quam

quam nunc publici huius facere adgredior, novem Libris comprehenſa eſt; atque in Codice MS. quo uſus ſum, & qui in Bibliotheca privata Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Gab. Riccardii, *Marchionis, & Canonici Florentini, adſervatur, ita inſcribitur:* Laurentii Bonincontrii Miniatenſis Hiſtoriarum utriuſque Siciliae Libri Novem. *Deinde argumenta Librorum ſequuntur hoc modo:*

Index Titulorum praeſentis Voluminis.

De Adventu Roberti in Regnum Neapolitanum, & eius geſtis.

Liber Secundus, Rogerii, & Boamundi acta continens, nec non feliciſſimam Chriſtianorum expeditionem, Ieroſolymarumque recuperationem, & res undique geſtas ſuperioribus interiectas.

Liber Tertius, Rogerii primi Regis Regni Neapolitani, & Gulielmi eius filii, ac etiam Federici Barbaroſſae, & aliorum res undique geſtas continens.

Liber Quartus, Tancredi, Henrici, Fridericique res geſtas, & alias continens; reſque a Chriſtianis ducibus in Aſia geſtae continuantur.

Liber Quintus Manfredi res geſtas a Caroli primi adventu in Regnum Neapolitanum, nec non aliorum geſta connectit.

Li-

Liber Sextus, in quo Caroli Regis geſtae res, Siciliae adminiſtratio, & profectus eius in Africam, Italiae bella, & aliarum Mundi partium, continentur; & D. Petri Aragonii in Inſulam adventum, Conradique conflictum ſuperioribus adnectendo.

Liber Septimus, Caroli mortem, & Roberti filii acta continens, reſque tum in Italia tum extra geſtas ſuperioribus per ſua tempora adnectendo.

Liber Octavus, Andegavenſium res, & Ioannae Primae diſſenſionem & Pontificis continens; & Ioannis Mediolanenſium Praeſulis mortem, Bernabovis Vicecomitis, Florentinorum, Genuenſium, & Venetorum Patrum diſſenſionem, & Imperatoris Romani res ſuperioribus adnectendo.

Liber Nonus, Ludovici Andegavenſis ſecundi Ladislaique res; Vrbani mortem, Galeatii Vicecomitis, & Florentinorum bellum continet; reſque ubique geſtas ſuperioribus adnectendo.

Quare eodem modo ſe habere videtur ἀπόγραφον, quod apud V. C. Lud. Ant. Muratorium *exſtat, quodque haec praeferre idem ſcribit. Sed ingens diſcrimen inter utrumque ἀντίγραφον intercedere arbitror quoad ſcriptionem caſtigatam atque correctam; nam Codex, quo uſus ſum, tam prave, &*

oſci-

oſcitanter ſcriptus eſt , ut omnia prope nomina propria corrupta ſint ; verſus integri ſaepenumero deſiderentur ; quin & integrae paginae interdum deſint ; & generaliter vix tertia dictionum pars recte ſe habeat : quare quanta moleſtia , & labore in tam depravatae ſcriptionis διορθώσει *preſſus fuerim , facilius alii reputaverint , quam ipſe verbis expreſſerim . Imo niſi Codex MS. Annalium* Bonincontrii , *quo Clariſſimus* Muratorius *uſus eſt , & nunc in memorata* Gab. Riccardii *Bibliotheca exſtat , ad manus fuiſſet , ut tam multa emendarem & reſtituerem, haud fieri potuiſſet ; emendatius enim hic exaratus eſt , & pleraque eadem , ac totidem verbis , continet , quae in hac Sicula Hiſtoria narrantur . Ceterum haud profecto adfirmaverim omnia menda a me ſublata fuiſſe, & omnia loca corrupta reſtituta , & caſtigata ; ſed me tamen quodam tenus prodiiſſe , quum ultra non daretur , & talem eius lectionem effeciſse , ut ſyntaxis ſaltem conſtet , quae plerumque in Codice MS. nulla eſt . Hanc Siculam Hiſtoriam a* Laur. Bonincontrio *ante Annales ſcriptam fuiſse exiſtimaverim ; & argumento mihi eſt , Annales copioſiores , & exactiores in narrationibus , deprehendi ; & eam forte quum Neapoli apud Regem Alphonſum verſaretur , compoſuit ; quum locus ipſe ad hanc ſcriptionem adgrediendam eum invitaſ-*

taſset. Supervacaneum eſt ut de eius ſtilo, & Latinitate iudicium feram; quum eloquentia nulla, nulla Latini ſermonis puritas & elegantia cum heic, tum in Annalibus, legentium animis ſeſe obferat. Sed ubi de hiſtoria agitur, rerum notitiam, & monumentorum fidem veritatemque ſectamur, poſthabito non indignanter orationis ornatu, qui non facile ſemper haberi poteſt. Id in cauſſa fuit cur Hiſtoriam hanc formis deſcribendam curaverim, & in vulgus nunc prodam; multa ſcilicet in ea tradi, quorum notitiam aut aliunde haurire non eſt, aut ex quibus multa ab aliis dicta & tradita illuſtrari maxime poſſint, et praecipue ea quae Etruriam attinent. Nam haec Sicula Hiſtoria ab Roberti Nortmanni Regis adventu incipiens uſque ad annum MCDXIV. in meo Codice deducitur prope Annalium ritu, quum frequentiſſime anni, quibus res geſtae evenere, adnotentur; & non adeo Sicularum Neapolitanarumque rerum finibus circumſcribatur, quin & extra hos limites crebro divagetur, & aliarum gentium, & regnorum res geſtas attingat. Ei quidem Annales praetulit Muratorius *doctiſſimus, ſed quia longius protrahuntur: uſque ſcilicet ad annum MCCCCLVIII. Quum vero ille tantum ex Annalibus ediderit id, quod ab anno MCCCLX. ac deinceps ſcribitur; haec Sicula Hiſtoria prope fuerit partis*

An-

Annalium praetermiſſae ſupplementum. Non diſſimulaverim tamen et in temporibus digerendis, et in rebus ipſis tradendis, negligentiorem interdum, et minus exactum, eſſe Bonincontrium *noſtrum; verum haec eius lectionis utilitatem haud quaquam impediunt.*

Vt autem hoc noſtrum Volumen amoenius iucundiuſque videretur, quaedam interdum, ut alias facere conſuevimus, Adnotationum loco interſeruimus, unde grata rerum & cognitionum varietas Lectores novarum rerum cupidos oblectaret. Nam pag. 194. *Pacta conventa inter Saladinum Babylonis Regem, & Piſanos firmata ex Codice MS. Riccardiano edidimus, quae Barbarae hiſtoriae, & antiquitatis amantibus haud ingrata fore confido; quin forte & placitura ſint iis, qui Italicae linguae originem, & verborum etyma, laudabiliter quaerunt & inveſtigant.* Pag. 231. *excerptum quoddam ex* Aur. Gryphonii *Memorabilibus proferimus, unde Piſanorum πολιτεία illuſtretur; ex quibus etiam nobilium Piſanarum familiarum Catalogum* pag. 251. *produximus; et* pag. 263. *Piſanos quosdam, Viros inclitos, occaſione adrepta, memoravimus.* Pag. 289. *Friderici II. Diploma, quod in Archivo Sancti Miniatis exſtat, adduximus; et* pag. 301. *Inſtrumentum pactorum inter Matildam Rainerii Comitis de Bulgari Vxorem, et Miniatenſes, initorum, cuius αὐτόγραφον*

in

in memorato Archivo adſervatur. Sed et Friderici II. laudati Epiſtolam pag. 321. *protulimus, ex qua facilius intelligi poſſit, quam parum reverenter erga Pontificem Romanum ſe haberet; et quam merito ab eo diris devotus ſit, et ab Eccleſiaſtica Chriſtianorum ſocietate ſeparatus.*

Scholia quaecumque occurrunt, vel ipſe adſcripſi, vel Vir eruditus Ios. Mar. Mecattius *Sacerdos Florentinus, et Protonotarius Apoſtolicus, qui in his Collectaneis edendis ſymbolam confert, commentatus eſt, ut utriuſque nomina opportune ſubſcripta demonſtrant. Non tamen eam operam ſuſcepimus, ut omnia, quae emendatione, et illuſtratione indigerent, ediſſereremus; quum id omnino neceſſarium arbitrati non ſimus.*

Ad-

ADmodum Reverendus Pater Theologus Thomas Maria Griſelli Cenſor huius Sanctae Inquiſitionis videat, & referat.

Ex AEdibus S. Officii Florentiae Idib. Decemb. 1738.

Fr. Franciſcus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Florentiae.

IVſſu Reverendiſs. Patris Pauli Antonii Ambrogii Generalis Inquiſitoris attente perlegi Librum, qui inſcribitur *Deliciae Eruditorum*, *&c.* ipſumque dignum cenſeo, qui publica luce donetur.

Datum Florentiae in Collegio D. Marci Ordinis Praedicatorum Kalend. Febr. 1738.

Fr. Thomas M. Griſelli in ſuprad. Collegio Sac. Theolog. Lector, & Cenſor pro S. Inquiſ.

Attenta ſupradicta relatione imprimatur.

Fr. Franciſcus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Florentiae.

Carolus Ginori pro Reg. Celſ. vidit.

Digitized by Google

LAVRENTI BONINCONTRI MINIATENSIS HISTORIARVM VTRIVSQVE SICILIAE

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

REgnum Neapolitanum, quod eſse extremam Italiae partem manifeſtum eſt, variis ac diverſis Provinciarum nominibus conſtat prius fuiſſe adpellatum. Nam quum olim Romanae Reipublicae ſubditum eſſet, in eo nonnullae Civitates ſociae Populi Romani ſub ſuis adnominatio-

nibus (1) per longa tempora ſtetere; donec tamdem, conruente Imperio, decus, nomenque Latinum ut in pleriſque Italiae partibus, ita & in hoc regno, periere. Harum non tamen omnium abolitum eſt nomen, ſed quarumdam immutatum, aliquarum vero breviori confinio coarctatum; nonnullarum etiam uſque ad haec tempora priſtinam adpellationem remanſiſſe accepimus. Ceterum a duobus lateribus mari ſupero atque infero clauditur; ſed ab angulo extremo, eo mari, quod Orientem verſus, & Auſtrum, eſt ſpatioſum ſane, & importuoſum, oram illam Tarenti per Crotonem ad fretum uſque Siciliae circumlegit; a latere vero Occidentis, & Septemtrionis, per mediterranea Italiam reſecans, initium ſumit a ſaltu Terracinenſi, & per Privernatem agrum, Caſinenſem, Arpinatem, Soranumque, iuxta flumen Lyrin extenditur in Marſos, ibique obtuſiore angulo inter Tagliacotium, & fines Tiburtini agri, vagatur. Inde per Equicolas, Reatinos, Marrucinoſque, in Sabinos porrectus, Nurſiae fines at-

(1) Nomina haec fere omnia Graeca fuere,
Itala nam tellus Graecia maior erat,
ut *Ovidius* ait. Conſulendi Geographi veteres *Strabo*, *Plinius*, *Stephanus*, *Solinus*, *Mela*, *&c.* inter recentiores vero Geographus eminentiſſimus *Philippus Cluverius*. Lamius.

attingit; mox per Apenninum haud procul Aſculo in mare ſuperum finitur. Univerſus autem eius ambitus millia paſſuum continet circiter MCCCCXC. (1) Hoc poſt eam donationem, quam a Coſtantino factam adfirmant (2), & poſt labefactationem Romani Imperii, diverſis ac multiplicibus Barbarorum excurſionibus, ſeptingentis ferme annis, aut eo amplius, occupatum vaſtatumque accepimus.

Et primo quidem a Vandalis, deinde a nonnullis Gothorum Ducibus, Hunnis, Longobardis, Gallis, Germaniſque, (3) militibus, uſque ad Roberti Guiſcardi (4) tem-

(1) *P. Collenuccius lib. 1. Neapolitanarum hiſtoriarum* adfirmat totius regni ambitum millia paſſuum circiter 1338. continere. Nam poſtquam longitudinem latitudinemque regni deſcripſit, *E' di lunghezza*, de longitudine agens ait, *queſto giro dall'Vfente al Tronto per riviera in tutto 1338. miglia.* Mecattius.

(2) Caute, & prudenter *Bonincontrius*, hanc donationem factam dici ſcribit. Vide quae de illa diſputant Viri docti, *Nat. Alexander Tom. IV. Hiſt. Eccleſ. Diſſert. XXV. & Thomaſſinus de Vet. & Nov. Eccl. Diſcipl. Lib. I. Cap. V. Par. I.* Lamius.

(3) Conſule *Mich. Ritium Lib. I. de Reg. Sicil. & Thom. Fazellum II. Decad. Lib. V. & VI.* Mirum tamen a *Bonincontrio* Saracenorum in Calabriam incruptiones heic non memorari. *Lamius.*

(4) Hoc eſt uſque ad annum circiter MLXX. *Lamius.*

tempora, fuiſſe poſſeſſum. Hi non quidem ſub unius Imperatoris ductu, auſpicioque, ſed ſub diverſis imperantibus, quum ipſi inter ſe lingua, & moribus, diſſentirent, ſuis legibus ceteriſque inſtitutis acceptas provincias tutabantur. Ita per plures diverſaſque partes varie ab iiſdem Ducibus regebantur (1). Ceterum Imperatoris Romani haud magna portio, quippe qui praeter Surrentum, Neapolimque, & pauca admodum Campaniae oppida, nihil amplius ex tam opulento regno poſſeſſionis habebat. Graecorum vero Imperatori vix dum tertia Apuliae pars, & illa Brutiorum ora, quæ olim Magna Graecia dicebatur, ſucceſſerat; nec profuerat utrique eorum ea Imperii diviſio, quam a Carolo Calvo Imperatore cum Irene olim Coſtantini VI. uxore (2) ſuperioribus annis invenimus celebratam, ut Orientale imperium, & litus ſuperi maris cum Sicilia, Graeco cederet; Occidentale vero, & litus inferi maris, Imperatori Romano. Quamquam is poſtea Carolus ob eam rem a primatibus Franciae Ducibus, tanquam inutilis, regno pulſus, & in

(1) De his conſule latius agentes *Thom. Fazellum*, *Pand. Collenutium*, *Michael. Ritium*, *Chriſtoph. Beſoldum*, *&c.* Lamius.

(2) Matre, ut bene, habet idem *Bonincontrius* in *Annalibus*. Lamius.

in eius locum ſuffectus Arnulfus quidam loco obſcuro natus, ſub quo gens Gallica Imperium, quod ferme centum quinquaginta annis ſuſceperat, amiſit, & in Germanos translatum Henricus I. obtinuit, & nihil ex eo innovavit. Verum Campanis ferme omnibus Ludovicus Pandulphi Comitis Theatini filius praeerat, qui ſuffectus illi Provinciae in Pandulphi Principis Campaniae locum, qui frater fuit Ioannis XII. quemque Otho II. ob immanem eius crudelitatem, una cum ipſo Pontifice, privaverat principatu, omnem illam Italiae partem, quam olim Oſci incolebant, & nunc pars Campaniae eſt, & Regis, & Principatus, titulo regebat. Nolanis vero, & Salernitanis, Siſulfus praeerat, qui Gallus genere, & ex Normandiae (1) Comitibus, cum eodem Othone venerat in Italiam, eodemque titulo eam regni oram, quae quondam Lucania dicebatur, obtinebat. Calabris vero, & Brutiorum portioni, ea tempeſta-

 te,

(1) Vnde Gens Normanna adpellata ſit docet *Guillelmus Appulus de Rebus Normannorum in Sicilia, &c. Lib. I.*

Nos quando ventus, quem lingua ſoli genialis
North *vocat, advexit Boreas regionis ad oras,*
A qua digreſſi fines petiere Latinos:
Et man *eſt apud hos, homo quod perhibetur apud nos,*
Nortmanni dicuntur, ideſt homines boreales.

Lamius.

te,qua Conſtantinus Droclifius deceſſerat(1), Barbari milites imperitabant, quos ille ex Sicilia accitos in praeſidium locaverat, eorum Ducibus Buri, & Varſanno,non multo antea defunctis; paucis ex Ruſſorum familia exceptis, veteri illa ac nobiliſſima; nam duplex eſt eorum origo, ut ſuo loco ſubdetur. Apuliae autem praeerat pro Michaele Catalaico Imperatore Melandocho(2), qui provinciae ſubſtitutus, & provincia paene amiſſa,ab Henrico II. (3) pulſus, Iniae ſe continebat; quam urbem Bubalanus militum praefectus, loci opportunitate fretus, eo in loco conſtruxerat,ubi prius Caſtra Annibalis dicebantur. Deinde inſequentibus annis Ruralis Praefectus copiarum Diogenis, qui Romanus a nonnullis dictus eſt, & Conſtantino Droclifio ſucceſſerat; & Ioannes Solapia Dominus & Comes honoris Sancti Angeli; ſic enim ea dignitas adpellabatur, atque tanto per inſequentia ſaecula in honore habita, ut ad Ladislai uſque regnum inſequentes Neapolitanorum Reges ſe etiam hoc titulo inſigniri voluerint; ſed huius genus incognitum, nec certis auctoribus mihi notum exſtat. De Rurali vero duplex opinio: quidam

(1) Anno videlicet MLXVII. *Lamius*.

(2) Hunc *Ritius* aliique, & *Bonincontrius* ipſe inferius, Malochum vocant. *Lamius*.

(3) Anno MXII. iuxta *Mich. Ritium*. Lamius.

dam ortum volunt a Gothis, nonnulli a Longobardis, quorum Duces paulo ante in Grimoaldo eius proavo Beneventanorum Principe defecerant, ceteris in Lombardiam diſiectis, a quorum nomine ea Provincia dicta eſt. Sunt & qui Germanum velint ab Othone III. relictum; nam Graecum fuiſſe non conſtat, adeoque varios huius rei auctores comperio, ut non auſim adfirmare ſui generis principia. Invenio item qui dicunt parti Lucanorum imperaſſe Arnulphum Tarentinum Conradi filium, qui cum eodem Othone in Italia ordines duxerat, & Tarentinis ab eo praefectum. Beneventanis autem, & Samnitibus, numquam certus Dux, quia eam urbem Carolus Magnus Eccleſiae donaverat, interdum a Principe Campano oppreſsis, & ſuperioribus annis a Longobardis, eorum Duce Grimoaldo a Carolo electo, (1) *& per Pontificem confirmato, ultimo eius gentis in regno imperium obtinenti. Quamquam ea Civitas ea tempeſtate ob iram ab Othone direpta, quod Beneventani eum Afris concurrentem commiſſo praelio deſeruerant; captuſque ab Afris Otho fuiſſet, ni ſuis profligatis & occiſis in-*

(1) Hic multa Librarii, ut videtur, oſcitantia praeterita ſunt, quae nos ex Annalibus MSS. eiuſdem *Bonincontrii* ſupplemus, ipſiſſimis eius verbis exſcriptis. *Lamius*.

cognitus per devia iter faciens, in Siciliam confugiſſet. Verum ea tempeſtate a Pontifice regebantur. In Aprutiis vero, & Fruſinonenſibus, & Equicolis, & Pelignis, plures Galli milites, Germanique, & aliquot aborigenes, dominabantur. In his Nicolaus & Iordanus ex filiis Vrſae, & ex Comitibus Soanae, Muropelli comites, & Berardus & Petrus Celani, a Carolo Magno olim illi provinciae alio eiusdem nominis praepoſito, a quo ipſi oriundi erant Celani, & alii Comites, Soſiaſque Arguaminus Atrienſium Dominus: Marrucini vero, & aliae finitimae Civitates, & Reate, Romanis parebant; nondum enim Pontifices Romanis dominium abſtulerant. Qui vero regni proceres deinde ſubſequuti ſunt pars ex iisdem, quos nominavimus; quoſque aborigines variis caſibus effectos, ſed plures adventitios, fuiſſe conſtat. Ceteri autem regni nobiles ignobileſque, aut incommodis abſumti propriis, aut ducibus ſuis exoſi, parum aut nihil imperii in eorum bonis habebant; plebs vero tot tantiſque adflicta cladibus, ut nemo ex tam opulento auderet regno aut iniurias queri, aut onera recuſare, utpote quae legitimis orbata defenſoribus, neminem habebat ad quem poſſet ſuas deferre iniurias; nihilque praeſidii miſeris, aut ſaltem bonae ſpei, relinquebatur. Anno igitur ſalutis noſtrae DCCCLXXXVII. ſecundo anno Pontificatus Stephani V. regnante in Gallia

Ca-

Digitized by Google

Carolo III. qui Carolus Groſſus dictus eſt, Normandi, quum ſuperioribus annis Roccafredo Genolo, & Rollone, Scythiae Regibus eorum Ducibus, omnem ferme Galliam, Germaniaeque partem, vaſtaſſent; ab eodem Carolo debellantur. Is eo quod ingens erat eorum multitudo & quod ad Chriſti fidem converſi baptiſſari ſe petiverant, in miſericordiam verſus ignoſcendum eis cenſuit, datque eis agrum ultra Sequanam in Neuſtria provincia, quae poſtea ab his immutato nomine Normandia dicta eſt; ſed Genolo mons Bleſus cum adiacentibus locis traditus eſt. Rolloni etiam nomen immutatum, Robertuſque dictus, quod eum Comes Pariſienſis eiusdem nominis in fonte baptiſmatis praeſentaverat; traditaque ſibi Giſla in matrimonium eiusdem Caroli filia, Dux Normandis creatus eſt. Ab hoc inſequentes Normandiae Comites originem habuiſſe perhibentur. Sed Giſla ſine filiis mortua, Pompam, quam ante baptiſma uxorem habuerat, iterum ſibi copulat, ex qua duos filios genuit, Guglielmum & Richardum. Hi item bellis adſueti, quum a praeda abſtinere non poſſent, primo latrociniis finitimos infeſtare; poſtea, quod hoſtiliter in agrum Germanorum ingreſſi cuncta populabantur, finitimos ad iracundiam provocarunt; ex quo non multo poſt, Carolo iam vita functo, ab Arnulpho eius filio ſuperantur; & quum LX. ferme annis regnaſſent, tamdem fu-

ſugati ſunt. Ex Gulielmo Tancredus filius, ex hoc Gulielmus cognomento Ferrabattes, et ex Ferrabatte Tancredus filius natus eſt, et utrique Arnulphi iuſſu in Italiam exularunt; ubi quum multa rei militaris egregia patraſſent facinora, Flaminiam tamdem et Etruriae partem ſibi ſubiecere. Deinde Gulielmo vita functo, Ferabattes maiora auſus, icto fœdere, Pontifice ſuadente, cum Malocho Imperatoris Graecorum in Calabria et Apulia Praefecto, et cum Campano et Salernitano Principibus, in Siciliam penetravit, ea lege ut populi inſulam victis Afris (erat enim ea tempeſtate magna ex parte Sicilia a Barbaris occupata) quae armis ſua effeciſſent, quadripartito partirentur. Deinde pulſis Afris, & in Sicilia rerum potiti, quum Malochus ſolus Siciliam occupaſſet, praedam item inaequaliter diviſam indignati duces in Apuliam rediere. Ferabattes Melſiam obſedit, ſitque brevi a Civibus deditio; deinde concurſum cum Malocho, quem praelio ſuperatum fugarunt. Sed paulo poſt Ferabattes moritur, relictis Tancredo natu maximo, & Gulielmo, & Ioanne filiis, a quibus creditum eſt Romandiolae Comites originem habuiſſe. Ceterum ex Riccardo Conradus & Tancredus geniti; ille ſine liberis deceſſit. Alii volunt ex Riccardo Riccardum II. genitum, & Robertum III.

Pa-

Patrem Guiglielmi Neti (1), qui Aroldem(2) occidit in bello Anglorum, & a quo Normandorum Duces originem habuiſse commemorant. Alii Guaimarum (3) ex ſe genitum di-

(1) Quid ſibi velit id nominis ignoro prorſus. Vereor autem ne Librarii negligentiſſimi culpa vocabulum corruptum fuerit.

(2) Haroldum vocat *Fazellus II. Decad. Lib. VI.* Lamius.

(3) De Guaimario haec habet *Guillelmus Appulus Lib. I.*

Multa per hoc tempus ſibi promittente Salerni
Principe Guaimario, Normannica gens famulatum
Spernit Adenolphi; ſed ſe tantummodo cives
Averſae dederant ditioni Guaimarianae.
Nam reliqui Galli, quos Appula terra tenebat
Argiroo Meli genito ſervire volebant.

Et *Lib. II.*

Guaimarius Princeps confiſus viribus horum,
Hos ſecum Barum deducit, & obſidet illum;
Imperat Argiroo ſibi pareat urbe relicta,
Tranſeat ad Graecos: monitis parêre monentis
Abnuit Argirous &c.

Et ex intervallo:

Hoc Normannorum Drogo, Guaimariuſque priores
Tempore defuncti fuerant, a viribus alter,
Et conſanguineis occiſus fraude Salerni.
Alter ab indigenis, nimium quia credulus illis,
Pontilari caeſus.

Lamius.

dicunt, qui fuit Siſulfi (1) Principis Salerni pater, quum Tancredus Tarentinis imperitaſſet. Qui Tancredus fuit Ferabattis filius, & faecundus prole; XII. filios virilis ſexus habuit, & Guiſcardum Deo dicatum, de quibus ſuo loco dicemus. In his Robertus Candulphus erat, quem poſtea Robertum Montis Canneti Comitem diximus, cujus privilegium conſtat aureis bullis apud Franciſcum Bancium Ducem Andriae, & Comitem Montis Canneti, ſic inchoans: *Candulphus Machabaeus Dei gratia Comes Montis Canneti, &c.* cuius auctoritate privilegii non verebor adfirmare Robertum Guiſcardum (2) a veteri Machabaeorũ familia, (3) aut ab alia eiuſdem nominis, ſui generis traxiſſe exordium. Ceteros Roberti fratres non ſine dignitatibus fuiſse credendum eſt; nam & Rogerium Roberti fratrem fuiſſe, & Siciliae Praefectum invenimus; & Siſulphum Tarenti, & Guazanum Salerni, & Richardum Capuae Principem factum; & Candulphum Montis Canneti Comitem. (4)

Quin

(1) *Giſulphus* habet *Ritius Lib. I.* Lamius.

(2) Biſcardum habet *Ritius*, & *Beſoldus de Reg. Sicil. & Neapol.* Sed antiquiores etiam *Dantes*, & *Villanius* Guiſcardum dicunt. Cur autem ſic dictus fuerit, vide inferius. *Lamius.*

(3) Obſerva exſibilandam credulitatem. *Lamius.*

(4) Nomina filiorum XII. Tancredi Nortmanni

co-

Quin etiam auſim adfirmare viros bellicoſiſſimos proeliis abſumtos pleroſque ſine filiis deceſſiſſe; plures item belli duces ſecum in Regno Neapolitano ex Normandorum gente duxiſſe; in quibus Vgo, & Robertus alter, a quibus Sanſeverinorum familia exorta eſt, multis deinde dignitatibus inſignita. Ceterum Guiſcardus (1) magna vi fuit animi & corporis, multaque eius rei militaris egregia facinora, tum in Italia, tum extra, patrata eſſe perhibentur, de quo quoad verius potero paucis abſolvam.

De

cognomento ab Alta Villa, ſunt quae ſequuntur: *Sarnus*, *Gotfredus*, *Drogo*, *Tancredus*, *Guillelmus Ferrabrachius*, *Humfredus*, *Robertus Guiſcardus*, *Rogerius*, *Richardus*, *Gotfredus alter*, *Frumentius*, *Molugelus*. Ex *Petavio Rationar. Tempor. P. I. Lib. VIII. Cap. XVII. Fazello II. Decad. Lib. VI. Ritio Lib. I.* ſed diſſentit ab his, ut patet, *Bonincontrius*. Lamius.

(1) Robertus *Guiſcardi* cognomentum obtinuit, vel quod aſtutiſſimus fuit, vel quod telluris multum obiverit, ferente id Nortmannorum lingua. *Fazellus* loco citato. *Guillelmus Appulus Lib. I.* De *Roberto Guiſcardo*:

Huius Robertus frater fuit, ille ducatum
Qui poſt obtinuit, Guiſcardus ad omnia prudens.

Hunc etymon probat *Tiremaeus*; nam *vulgo noſtra etiam aetate*, inquit, *cautum & aſtutum Guiſcardum adpellamus*. Lamius.

(6) *De Adventu Roberti in Regnum Neapolitanum, & ejus geſtis.*

ANno a ſalutifera Chriſti Incarnatione MXXXXI. Gregorio VI. Pontifice, & Henrico III. Romanorum, Rege Robertus de quo ſupra diximus, Ludovici vocatione in Regnum Neapolitanum venit; & quamquam primo dubius

(1) *Villanius* primum adventum Roberti in Italiam fuiſſe vult anno aerae vulgaris MLXX. Ita enim *Lib. IV. Cap. XVII.* ſuarum Hiſtoriarum habet. In queſti tempi intorno gli anni di Criſto „ MLXX. paſsò in Italia Roberto Guiſcardo Duca „ de Normandi, il quale per ſua prodezza, e ſenno fece gran coſe, e poi in ſervigio di Santa Chieſa contro ad Arrigo III. Imperadore, che la perſeguitava, e contro ad Aleſſio Imperadore di Goſtantinopoli, e contro a' Veneziani, moſtrò ſua potenza, come faremo menzione. Per la qualcoſa „ fu fatto Signore di Cicilia, e di Puglia, e confermato da Santa Chieſa, egli, e' ſuoi deſcendenti, appreſſo, et infino al tempo di Arrigo di „ Soavia padre di Federigo II. ne furono Re, e „ Signori. *Mecattius*. Hiſtoria quaedam Neapolitana MS. quam puto eſſe *Io: Villanii* Neapolitani, a *Coſto* interdum citata, adventum Roberti Guiſcardi in Italiam, ad annum MLV. refert. *Lamius*.

bius rei novitate & periculo belli, quod ante mente conceperat, tamen ſuadente Pontifice iter adripuit; & ex eo maxime, quia Apuliam iamdudum a Gallis militibus munitam, ac deinde occupatam, acceperat; qui ante Othonis primi Interitum, Ioanne Pontifice, (1) contra Goffredum Pandonium Campaniae Principem bellum moverant una cum Othone II. Othonis filio admodum adoleſcente, & Pandulpho Cap.........., eiuſdem Pontificis fratre, qui ad liberandum Pontificem miſſi in Campaniam fuerant, ductu & auſpicio Guglielmi (2) Ferrebas, de quo meminimus, a quo Princeps Campanus fuſus & obtruncatus in proelio fuerat. Re bene geſta ab eodem Othone in Calabriam miſſus inſignem de Agarenis victoriam reportavit, & pene Graecos, qui Agarenos induxerant, Coſentia prius incenſa, omni provincia propulſaverat. Ingentis animi vir ſibi even-

(1) Hic erat Ioannes XIII. anno DCCCCLXV. *Lamius*.

(2) Ob corporis robur *Ferrebacchum* dictum teſtatur *Fazellus Dec. II. Lib. VI.* *Ferrebrachium Petavius* adpellat, ut ſtatim vidimus. *Guillelmus Apulus Lib. I.* de Guilielmo Ferrebrachio:

Is quia fortis erat, eſt ferrea dictus habere
Brachia, nam validas vires animumque gerebat.
Lamius.

venturum ſperans, id quod, facto facilliinum erat, ſi contingeret Henricum interire, cuius metu omnis Italia tenebatur, facile ſe ab illis Principem legi; cum XII. equitum undique collectis copiis in Campaniam venit Boamundo item filio nondum adoleſcente........ ſecum adducto, quem ex Alberda Arnulphi Imperatoris ex Philippa ſorore genita iam defuncta ſuſceperat. Qui, poſtea quam provinciam ingreſſus, & quos diximus equites cum Ludovici copiis coniunxit, haud procul.... hoſtem fugientem invaſit, primoque praelio fudit, atque omni ferme hoſtium agro potitus, dum componendis diſſenſionibus Ducum tempus tereret, victoriam ſibi paratam omittens, plus incommodi Ludovico victori, quam hoſti detrimenti, contulit. (1) Alii volunt Robertum prius veniſſe in Italiam Conradi, & Ioannis XVIIII. temporibus, anno ſalutis ſeptimo & trige-

(1) Roberti Guiſcardi adventum in Italiam, eiuſque genealogicam quamdam hiſtoriam contexere videtur *Ioannes Villanius Cap. XVIII. Libri Quarti*, quam hic adponere lubet ad clariorem uberioremque hiſtoriae huius intelligentiam. Sic enim habet:
„ Adunque come addietro è fatta menzione nel
„ tempo di Carlo Groſſo Imperadore, che 'mperò
„ dalli anni di Criſto 880. infino 892. i Normandi

geſimo ſupra milleſimum, reque bene geſta rediiſſe in Gallias, & pro geſtis Italiae rebus maiori collecta manu, ſpei plenum,

,, di pagani venuti di Norvea, in Alamagna, e in
,, Francia, paſſando, con guerra ſtrignendo, e tor-
,, mentando i Galli, e i Germani, Carlo con po-
,, tente mano venne contra loro, e fatta con loro
,, pace, e confermata per matrimonio, lo Re
,, de'Normandi ſi battezzò, e dal detto Carlo fu
,, ricevuto alle fonti; et alla perſine non potendo
,, Carlo i Normandi di Francia cacciare, concedette
,, loro ragione di la dalla Secana chiamata Laida
,, ſerena, la quale parte infino a oggi ſi chiama
,, Normandia per li detti Normandi, nella qual
,, terra d'allora in quà i Duca per lo Re vi ſono
,, commutati. Fu dunque il primo Duca di Nor-
,, mandia Roberto, a cui ſuccedette Guigliemo ſuo
,, figliuolo, il quale generò Ricciardo, e Ricciar-
,, do generò Ricciardo Secondo. Queſto Ricciardo
,, generò Ricciardo, e Ruberto Guiſcardo, il quale
,, Ruberto Guiſcardo non fu Duca di Normandia,
,, ma fratello del Duca Ricciardo. Queſti ſecondo
,, l'uſanza loro, perocchè era il minore figliuolo,
,, non ebbe la ſignoría del Ducato, e perciò volen-
,, do ſperimentare ſua bontà, povero, e biſognoſo
,, venne in Puglia, ed era in quel tempo Duca di
,, Puglia uno Ruberto nato del Paeſe, al quale Ru-
,, berto Guiſcardo venendo prima ſuo Scudiere,
,, fu poi da lui fatto Cavaliere; e ſtando Ruberto
,, Guiſcardo al ſervigio di Ruberto Duca di Puglia,
,, molte prodezze con vittoria moſtrò contro a'ſuoi

& regni capiundi deſiderio accenſum, iterum veniſſe in Italiam; quod veriſimile facit praelium ab eo cum Comitio (1) Rege An-

„ nemici, il quale avea guerra col Prenze di Salerno; e guiderdonato magnificamente ritornò in Normandia, e le delizie, e ricchezze di Puglia recò in gran fama nel ſuo paeſe, avendo ornato il ſuo cavallo di freno d'oro fine, e ferrato di fine ariento. E ciò fece in teſtimonianza delle ricchezze di Puglia. Per la qual coſa provocati a ſe molti Cavalieri ſeguendolo per goloſità di ricchezza, e gloria, toſtamente ritornò in Puglia contro al volere di Gottifredi Duca di Normandia. E di qua ritornato, non molto tempo poi Roberto Duca di Puglia venendo a morte, di volontà de' ſuoi Baroni nel Ducato di Puglia lo fece ſucceſſore, e come promeſſo gli avea la Figliuola preſe a moglie gli anni di Criſto MLXXIX. e poco tempo paſſato, Aleſſo Imperadore di Goſtantinopoli, che Cicilia, e parte di Calabria aveva occupato, fue cacciato da lui, e ſconfitto, e meſſo fuori di Cicilia, e di tutta Puglia, e Viniziani vinſe; avvegnachè ciò facesse contro al volere di Santa Chieſa Romana, a cui lo Regno di Puglia, e di Cicilia, era propria poſſeſſione, e la Conteſſa Matelda contro al detto Roberto guerra faceſſe in ſervigio di Santa Chieſa. Ma Ruberto riconciliato alla perfine colla Chieſa, di ſua volontà ne fu poi fatto Signore, ec. *Mecattius*.

(1) Apud *Platinam* in *Benedicto IX.* legitur *Cumitus Anglorum Rex*. Lamius.

Anglorum in Piceno geſtum, qui illis temporibus fuit. Accitus interea ob eam cladem a Siſulfo Henricus in Italiam venerat, & Romae immoratus diſſenſionem, quae inter Pontifices (1) exorta erat, cogniturus, coacta Synodo Benedictum VIIII., Silveſtrum Tertium, & Gregorium Sextum, Pontifices, tamquam non rite electos damnaverat, & Clemens Secundus Pontifex factus Henricum Romae coronavit; qui inhibuit ne Pontificum electionem Romani impedirent (2). Sed etiam iiſdem temporibus Piſani Barbaros infeſtabant, & cum ſuperioribus annis Muſeth Africae, partiſque Hiſpaniae, Rex Piſas diripuiſſet, eorum claſſe Rhegium in Calabria obſidente, Piſani maiori aucta claſſe, Rhegio expugnato in Africam penetrarunt, Hipponemque diripuere, & in Calabriam redeuntes Liparas vi cepere; inde in Sardiniam profecti, Clemente adhuc Pontificatum obtinente, concurrunt cum Muſeth, & proelio ſuperatum fugant, Sardiniamque Inſulam

(1) De his Pontificibus vide quae adnotat *Onuphrius* ad *Platinam in Gregorio VI.* Lamius.

(2) Hic *Platina* ita habet: *Verum Henricus accepta a Clemente Imperii corona, Romanos in verba ſua jurare coegit, Pontificum electioni ſe nequaquam interfuturos, niſi iuſſu Imperatoris id facere cogerentur.* Lamius.

Iam ſibi adimentes cum ingenti gloria, praedaque etiam maiore Piſas, rediere. Sed Clemens paullo poſt a Damaſo Secundo ſucceſſore ſuo veneno petitus (1) interiit. Damaſus item poſt tertiam & vigeſimam diem obiit, cui Leo Nonus ſuffectus eſt. Iiſdem etiam temporibus Conſtantinopolitanus Imperator Diogenes templum ſepulcri Chriſti Ieſu Salvatoris, & Dei noſtri multa impenſa reaedificari curavit, & Henricus Rex Francorum cum tribus tantum millibus Cruciatis Gurannarum Conradi filium, quem fuiſſe Tancredi fratrem memoravimus, qui Guillelmo vita functo, Arrigo fratri ſucceſſerat in Normandiorum Comitatu, & Dux Apuliae factus vitam ſine filiis finiverat; cui ſucceſſerat Manfredus frater, quo item mortuo Goffredus ſuffectus eſt (2). Orta deinde inter fratres ſeditio adeo

(1) Damaſi II. famam aliis etiam probris foedat *Platina*, Martinum, & Galfridum, ut videtur, ſequutus. Sed virum ſanctum, & probum, fuiſſe oſtendit ex claſſicis Auctoribus *Onuphrius*; adeoque neque hoc, quod ei imputatur, crimen credendum eſt. *Lamius*.

(2) Hic deeſſe videtur *in paternam ditionem reſtituit*, vel quid ſimile. Ceterum Henricus I. Franciae Rex Wilhelmum nothum Richardi Nortmannorum Ducis filium fidei commendatum ſuae paternam in ditionem anno MXLVII. reſtituit, fuſis Nort-

adeo excanduit in ſubditorum perniciem, ut eo tempore Ruralis, dum componendis ſeditionibus iis eſſet intentus Robertus, maiorem Apuliae partem occupaverit. Quo tempore Oſtunum Calabriae oppidum ab Agarenis incenſum eſt. Hoc igitur bello inter Roberti fratres exorto, vagi palanteſque iampridem milites Normandi, interdum alteri faventes, rem turbulentiſſimam nutriebant; & eo maxime, quod Guaimarus eam Lucaniae partem, quam Guilielmus bellis ſuam effecerat, eidem reliquerat, vir ambitioſus, & eques impatiens, nimia in ſuos iracundia accenſus, cupiditate regnandi quum praeceps ageretur ingentem contra fratrem exercitum comparaverat. Sed is in coena a ſuis obtruncatus Tarenti interiit, & ibi ſepultus eſt; quamquam nonnulli Salerni necatum velint. Eius regnum a Siſulfo Tancredi filio, Roberti fratre, occupatum. Hic item ferox ingenio vir, iiſdem copiis, quas Guaimarus paraverat, Roberto eius conſilii ignaro, Beneventum obſedit. Quare omnia Roberti & Pontificis conſilia pervertere, & Apuliae profectionem impedivere. Sed quum

Nortmannorum millibus triginta, quum haud plures ipſe tribus millibus haberet, ut ex *Fragmento Chronici Floriacenſis* conſtat. Et id forte narrare voluit *Bonincontrius*; quod quidem in *Annalibus ad annum* MXLIX. facit. *Lamius*.

quum ea, quae per Romanos apud Beneventum gerebantur, Pontifici innotuere, magnus eum metus,& cura invaſit. Quumque Normandi potentiam auctam videret, Henricum in Germania occupatum non commode in Italiam revocari poſſe verebatur. Vt tamen potuit Leo exercitum parat, fretuſque Henrici militibus, quos ad Italiae ſalutem in Etruria reliquerat, quod ea tempeſtate Florentini turbulentiſſimis inter ſe ſeditionibus decertarent, Normandos invadere ſtatuit. Admonitus enim ab Henrico fuerat, ut Normandis non fideret; quum pro comperto haberet Siſulfum Guiſcardi voluntate Beneventanos adgreſſum, nec exiſtimaret illum eo inſcio tantam rem eſſe molitum. Quare plurimum metuebat Pontifex,cui,etſi aliter a Roberto acceperat, tamen Henrici conſilium tutius videbatur; fidens etiam copiis Germanorum, quas eius iuſſu ſuſceperat, ambos prius admonitos ut Benevento abſtinerent,quum hic nihil proficeret,Eccleſia interdixit. Hanc Pontificis inhibitionem Robertus magni faciens rem cum illo compoſuiſſet,ni ferocior Pontifex factus bellum magis quam pacem optaſſet,& haud procul Benevento cum omnibus copiis adparuiſſet. Nondum enim Robertus ſe fratri coniunxerat. Sed poſtquam animum Pontificis a

ſe

ſe alienatum, & praelio intentum videt, veritus (quod facile accidere poterat) ne fratre prius deleto ipſe expectatae pacis poenas lueret, ſe Siſulpho coniungit, Beneventumque pari voluntate diu a fratre oppugnatum deditione ſuſcipiunt. Deinde Pontificis copias itinere fatigatas invadunt, fugantque. Leo Pontifex captus, & ad hos perductus, benigne ab his habitus eſt, & Romam remiſſus; qui paulo poſt, Eccleſia Dei Ildebrando Cardinali commendata, Romae interiit. Hic eſt ille Leo quem ferunt Sueſſae apud Matricios divertentem, manum, quam, contra mulierem eius generis nobilem Diabolo inſtigante extenderat, ſibi ſubſecuiſſe; eamdemque glorioſiſſimam Dei Genitricem Mariam ſibi reſtituiſſe (1), oraſſeque Deum ne in ea familia quiſquam unica ſobole orbaretur, neve in ea lepra corriperetur; quae mira, & incredibilia, in familia hactenus incorrupta permanſere. In eius locum Victor Secundus creatus eſt, qui ab Ildebrando ad Henricum in Germaniam miſſus fuerat; cuius auctoritate Henricus quum in extremis ageret, Henricum filium eius nominis quar-

(1) Hanc fabellam, paulo diverſe contextam, *Martinus Polonus*, & *Leo Urbevetanus*, de Leone I. narrant. Conſule *Delicias Eruditorum* in Leonis Vrbevetani Chronico Pontificio. *Lamius*.

quartum Caeſarem dixit. Eodem item anno Capraria Inſula, bello inter Genuenſes, & Piſanos, ob diviſionem Sardiniae exorto, a Genuenſibus capta eſt, treſque Piſanorum naves ab eiſdem in portu Piſano incenſae. Miſſi praeterea oratores Genuam, querimoniam tanti facinoris expoſuere, reſponſumque iis eſt, niſi Piſani Corſicam Inſulam Genuenſibus traderent, non poſſe de pace agi; & oratores re infecta Piſas rediere. Quo item tempore Laurentius (1) quidam Piſanos carmine heroico ad res grandes hortatur, & ad deponendum in Genuenſes conceptum iampridem odium. Eius carminis initium ſic eſt. *O ſatus a Cadmo felix Antonia patre Nempe tuae regionis, &c.* (2) in quo meminit Vulterras (3), Lucamque (4) Piſanorum Colonias fuiſſe, & his demum temporibus Baleares inſulas a Piſanis captas, & ad Chriſti fidem converſas, quum iis Inſulis Albumaſar Rex praefuiſſet, Berlingerio Comite Am-

(1) Quis hic *Laurentius* fuerit ignoro prorſus. *Lamius*.

(2) Non dubito quin haec verba corrupta ſint. *Lamius*.

(3) Vulterrae pro *Volaterrae* ſaeculis barbaris dicere in uſu fuit. *Lamius*.

(4) Lucam, & Volaterras, Piſanorum Colonias fuiſſe, non crediderim. *Lamius*.

Ampuſienſi , & Ramundo Barchinonis Comite Ramundoque Barrero adiuvantibus , ibique Barchinonis Comitem interemtum fuiſſe . Eo anno magna Ianuario menſe Solis, & Lunae eclipſis facta eſt ; tribus enim horis luminare maius ſui lucidi fulgoris lumen in terris denegavit ; & Tarentini etiam a Siſulpho defecere . Iiſdem ferme temporibus per Pontificem in Concilio Coloniae habito Balduinus primus Comes Flandrenſis , & Gottofredus Bavariae Dux , poſt longam inter eos diſſenſionem pacificantur cum Henrico Henrici Imperatoris filio ; longumque , & diuturnum bellum Victoris prudentia abolitum eſt . Per id etiam tempus Graecus Imperator deceſſit , & Michael Calaephatus imperium adripuit, quo brevi deiecto , Conſtantinus Diocliſius, qui & Monomachus dictus eſt , eorum Imperium accepit ; & Agnes Henrici quarti mater Gualbertum Pariſienſem in Miniatem oppidum (1) miſit ad res Etruriæ filio ſeptenni adminiſtrandas , Italiaeque praefuit

(1) Sancti Miniatis Oppidum , noſtri Hiſtorici patria , ad Arnum fluvium in colle ſitum eſt inter Florentiam & Piſas . In eo reſidebat Imperatoris Vicarius , unde cognomentum eidem Oppido remanſit *al Todeſco* . Nunc urbs eſt Epiſcopalis, de qua conſuli poſſunt *Io. Villanius , & Scipio Ammiratus* . Lamius .

fuit patre Henrico prius defunćto . Anno ſecundo Pontificatus Vićtoris ſecundi in Concilio Florentiae habito plures Epiſcopi ob fornicationem, & ſimoniam damnantur. (1)

Dum haec apud Beneventum , & in Germania gerebantur, Goffredus unus ex Roberti fratribus, quem Diogeni poſt Vinfredum ſucceſſiſſe diximus, Bailardum (2) filium ſuum naturalem ſibi heredem inſtituerat , nulla aut Roberti , aut filiorum fratrum ratione habita , quod ſuorum nemo ante effecerat . Hoc Robertus aegro, ut decuit , ferens animo , iterum in Apuliam ſe accingit , pulſoque Bailardo nepote, contra Ruralem verſus, tanto facilius eum ſuperavit, quanto Graecorum res Imperatoris ſui morte turbulentiores invenerat . Primo curſu ſuperatus hoſtis Iniam obſidione liberavit , Ruralemque Veſtrum uſque fugientem inſequitur . Anno ſalutis uno , & ſexageſimo ſupra milleſimum in pago Britannico monſtrum natum eſt femineo ſexu, ab umbilico infra unicum habens hominem , ſupra vero geminatum ; & primores Franciae Duces Philippi Regis

(1) Haec omnia pariter habentur apud *Bonincontrium* noſtrum in *Annalibus* ad annum MLIV. *Lamius*.

(2) *Belegardum* vocat *Ritius Lib. I.* Lamius.

gis tutelam, quia puer erat, Balduino Flandrenſi (1), qui patris concubinam duxerat, demandarunt; & Agnes eius mater a filii tutela ſe abdicavit, Divoque Vincentio apud Silvanectum templum contruxit pro ſalute (2) Henrici olim viri ſui. Altercantibus deinde de cura pupilli Franciae Ducibus, ſaeculo quoque ſe abdicavit. Sed Nicolaus Romam reverſus quod finitimae civitates ſibi adverſantes bellum Romanis indixerant, anxius quidnam conſilii caperet, aut quo in loco ſe contineret, Romae ſedem elegit. Robertus interea Calabrias ſibi a Pontifice conceſſas (3) adgreſſus, Graecos, Barbaroſque ſibi reſiſtentes magno praelio fudit; inde contra Tarentinos profectus, in ipſo itinere Materam, Poſteriam, Tarentum, ſuſcepit, fratrique Siſulpho reſtituit. His peractis accerſitur ex foedere Romam a Pontifice Robertus, quo profectus cum parte copiarum, Praeneſtinos, Numentanos, deinde Tuſculanos, Eccleſiae rebelles perdo-

(1) Ex *Annalibus Denincontrii* locum reſtituimus. *Lamius*.

(2) Hoc eſt pro ſuffragio animae viri ſui iam defuncti. Phraſis illa *pro ſalute* occurrit paſſim in antiquis inſtrumentis & privilegiis. Conſule Diplomata adducta ad Chronicon Pontificium *Leonis Vrbevetani*. Lamius.

(3) Id etiam *Ritius Lib. I.* docet, & *Hiſtoria Neapolitana MS.* quam alias laudavi. *Lamius*.

domuit, Romanoſque nova conſilia defectionis tractantes in fide continuit. Poſtremo transductis amnem (1) copiis Gaberam, quos Gabios quondam fuiſſe credimus, & Comitis Gerardi oppida Sutrium uſque populabundus invaſit, diripuitque, & poſtremo incendit; quibus peractis victor in Apuliam rediit.

Agnes Henrici Quarti mater, quum adhuc ſatis iuvenis, & decora facie, eſſet, videretque Germanos aegre ferre ab ea res Imperii Romani adminiſtrari, & ab Archiepiſcopo Colonienſi Amcine, conſilio Primorum Germaniae, ſibi puerum eſſe ablatum, & adminiſtrationem interdictam, neceſſitatem ſibi impoſitam in beneplacitum vertens, etiam regni adminiſtratione abſtinuit, & ſaeculo ſe abdicavit, Romamque ſe contulit, ubi miraculis claruit. Per ea tempora fames valida, & peſtis deinde validior, per totum orbem facta eſt. Paulo poſt Pontifex moritur, & in eius locum adſumtus Alexander ſecundus. Quo tempore ſchiſmate inter Patres exorto Henricus Imperator iam grandior factus, Agnete eius matre mortua, Longobardis, qui per Lombardiam vagabantur, impellentibus, Cadaloum Parmenſem novum Pontificem dixit,

(1) Hoc eſt Tiberim, ut habet idem *Bonincontrius* in *Annalibus* ad annum MLXIII. *Lamius*.

dixit; omneſque ferme eius provinciae civitates auctoritate Henrici permotae ſibi obediunt, praeter Matildem, eiuſque virum. Ob quam rem coactis ſuis, & Germanorum, copiis Romam ſe contulit. Sed Matildes cum ſuis, & Populo Romano, in hortis Neronianis huic ſe opponit, & commiſso praelio Germani cum Cadaloo fugati ſunt. Ea tempeſtate Senenſes, ſuorum civium ſeditionibus, conquaſſati poene ab eorum nobilibus ſunt; & Arretini in Florentinos illati Vallem Arni ſuperam praeda, & incendiis, adfecere. Depopulati ſunt enim omnem eam regionem, Florentinis ea tempeſtate nihil minus quam ab his bellum expectantibus. Per quod tempus Federicus (1) Miniatenſi Arci ab Henrico Praefectus, quum ortam in oppido ſeditionem ob novorum vectigalium exactiones componere vellet, temere inter confligantes inventus bipenni capite ictus interiit; mulctati ob eam rem ab Henrico Miniatenſes VIII. aureorum Imperatori pendere (2).

Anno ſaluris noſtrae MLXIII. quum Barbari maiorem Siciliae inſulae partem poſſiderent, qui eo ab Imperatore Conſtantinopoli-

(1) *Gualbertus* habet in *Annalibus* ad annum MLXI. & ſupra etiam. *Lamius*.

(2) XV. millia aureorum habet in *Annalibus*. Lamius.

politano immiſſi fuerant, Piſani magna comparata claſſe Panhormum expugnant menſe Maio, die celebri divi Agabiti (1); praedaque ingens ex ea urbe Piſas relata eorum maiori Eccleſiae dono data eſt (2). In ſequenti anno Henricus maiori coacto exercitu Romanis item, non ut priori anno, adverſantibus, in Eccleſia Beati Petri conſedit una cum ſuo Cadaloo; Romanique paulo poſt, quibuſdam levibus ex cauſſis contra ſervos indignantibus, in molem Hadriani Cadaloum fugere coegerunt, in qua a Matildis copiis, Henrico opem illi ferre prohibito, obſeſſus eſt.

Eodem ferme tempore Conſtantinus Graecorum Imperator moritur. Eius Imperium ob filii Michaelis infantiam Theodora eius uxor per annum obtinuit; poſt annum vero Michaelem Dioclenum eius filium in Imperio ſucceſſorem habuit. Quo item tempore Ruralis, quem poſt pugnam male habitum Veſtrum (3) confugiſſe dixi-

(1) Hoc eſt ἀγαπητῶ. Lamius.

(2) Immo ex manubiis aedem illam fabricae plane admirabilis conſtruxere, ut docet etiam *Troncius* in *Annalibut Piſanis*, & luculenter indicant verſus marmore inciſi, qui in fronte illius Templi leguntur. *Lamius*.

(3) *Veſtam* vocat *Ritius Lib.* I. & Apuliae oppidum in ſinu Gargani eſſe ait. *Lamius*.

ximus, quum alter Praefectus copiarum Conſtantini, equeſtrem multitudinem, & ipſe ex fuga lapſus, colligere properaret, (1) Garganum montem occupaverat, ex quo Ruralis iam copiis fidens patentioribus ſe Apuliae campis invehebat, ſperans a Theodora maiores ſibi in dies copias ſubminiſtrari, & Apuliae civitates a Normannis defecturas, quas eorum imperii taedere compererat. Igitur Sipontum adgreſſus, caſtris haud procul urbe munitis conſedit, quumque ibi conſilia oppugnandae civitatis agitaret, nuntius ex imperio advenit illorum rebellionem poſt Conſtantini mortem adnuntians. Hoc nuntio etſi animo permotus Ruralis, tamen diſſimulata re, Civitatis oppugnationem tentabat. Haec quum Robertum non laterent, intercludere reditum Rurali ſtatuens, Veſtrum ſe contulit, urbemque ex improviſo adortam diripuit. Forte evenit, ut qua die Robertus Veſtro potitus eſſet, eadem Ruralis Sipontum deditione ſuſcepiſſet, maturiuſque deditio facta quam Robertus ſperaverit; crediderat enim Veſtro occupato interclusam eſſe Rurali effugiendi viam, ſpemque omnem praeſidii illi eſſe ablatam, quod falſum eum habuit. Sed quum haec, quae apud Sipontum ge-

(1) Ita locum corruptum ex *Annalibus* reſtituimus. *Lamius*.

geſta erant, Robertus accepiſſet, aliud ex alio conſilium cepit. Exiſtimavit enim civitatem longa obſidione fatigatam ad extremam frumenti penuriam deveniſſe, praeſertim quum Michael neque claſſem ullam eo in littore haberet, unde commeatus Rurali ſubvehi poſſent. Igitur confirmato animo Veſtro copias educit, Sipontumque obſedit, quo brevi potitus,quibus ſupra diximus cauſſis,ea lege eſt, ut Rurali, & ſuis reditum in Graeciam liberum permitteret, exſulibus tantum eo foedere exceptis. Qui autem prodendae urbis cauſſam dedere, illos Robertus ultimo adfectos ſupplicio interemit. His proſpere geſtis in Salentinum agrum profectus, quia intellexerat Graecos, Barbaroſque, quos ſuperioribus annis in Calabriis debellaverat, a Rurali antea ſolicitatos apud Montem Piloſum conveniſſe, Brunduſiumque deinde occupaſse, & nonnullas eius maritimas civitates. In quibus Ruralis foedere non ſervato, dum in Graeciam proficiſceretur, quos ſecum vehebat milites, in praeſidium accomodavit. Ea etiam poſt quam Roberto palam facta ſunt, videns rem longioris eſse conatus, Gottifredum fratrem cum parte copiarum apud Montem Piloſum reliquit, ipſe vero Barolum, quia id oppidum iiſdem diebus ab eo defecerat, petivit. Tribus ferme

me annis terra marique oppidum obſedit magno & ſuorum, & oppidanorum, incommodo. Interea Rogerius Roberti frater tertiis caſtris, & navali adparatu Brunduſium obſidebat. Plurimum ea tempeſtate Normandi potentes erant, Graeco Imperatore aliis in Epiro bellis occupato, & Henrici abſentia aliter non ferente, qui Romano Pontifici infenſus, recentes concitati contra ſe concilii iniurias, & paternas inimicitias in Germania renovatas, Italicae Normandorum potentiae coaequaret. Quo tempore Princeps Salerni Surrentinis, Neapolitanis, & Caietanis bellum indixerat, quod mox Pontificis iuſſu ſublatum eſt. Poſtea in Lucanos verſus brevi eos perdomuit. His ſic ſe habentibus Gottifredus, Montepiloſo per deditionem ſuſcepto, fratri Roberto apud Barolum conſidenti adiungitur, qui ab eodem claſſi Brunduſinae praeficitur, duobuſque poſt annis Robertus Barolo potitur. Fuit hic annus gratiae MLXVI.

Quo anno ſeptem Chriſtianorum millia Ieroſolymam ob religionem peregrinantes a Barbaris circumventi, & obtruncati ſunt. Per ea tempora inter Gallos, & Anglicos Balduino Pio defuncto bellum ingens exortum eſt. Diſſenſionis autem cauſſas complures fuiſſe ferebant, ſed praecipuam,

quia Anglici Franciae regnum in eorum regem devolutum eſſe adfirmabant. His ſic in regno rebus variantibus Cinthius vir Romanus quum Cadaloum arce clauſum & preſsum videret, illum cohortatus eſt, ut equo ardenti ab eo ſuſcepto, arce relicta in Germaniam fugeret. Quo tempore Agnes Henrici IV. mater, ab adminiſtratione Imperii olim amota, Romam venit, ubi pacifice vitam vixit, & Otho, Henrici III. filius, iuſſu fratris in Italiam venit Mantuae concilium iniens.

Initio anni inſequentis Roberti Claſſis Brunduſio ſolvit, & Rhegium delata, quia ii ſoli in fide Imperatoris Graeci permanſerant, eam civitatem percommodam exercitu in Siciliam traiiciendo terra, & mari oppugnatam diripuit. Poſt claſse militibus impoſitis, maiorique exercitu comparato, in Siciliam transfretavit, Panhormumque obſedit, & caſtra vallo, & foſsa munivit, ne aliquid detrimenti ab hoſtibus exercitus pateretur; & duo propugnacula in porta valli erexit, quod ceteris Inſulae cultoribus occurrendum eſſet. Sed dum haec apud Panhormum geruntur Richardus unus ex Roberti fratribus una cum Gulielmo eius filio, qui a Roberto praeſidio Apuliae relicti fuerant, & Siſulphus Salerni Princeps, bellis adſueti, turbare pacificum

Ro-

Roberti ſtatum, quam quieſcere malentes, contra Ludovicum Campaniae Principem quo cum pax, & amicitia erat, profecti, exiſtimantes Robertum maioribus intentum negociis, & novo bello implicitum, Campaniae curam abieciſse, caſtramentatique haud procul Capua, ſumma vi civitatem obſidebant. Haec etſi a Ludovico non antea proviſa; quantum in re imparata fieri potuit, arma capit, moenia praeſidiis firmat, in hoſteſque tabulata diſponit, cives hortatur, omniaque exſequitur, quae obſeſſis praeſidio eſſe ſolent. Verum quum praecedente tempore querelae ad Robertum, preceſque porrectae nihil proficerent, & ſubſidii ſpem nullam eſſe cognoſceret, exiſtimans voluntate Roberti id omne fieri, tamdem vitam ſuam, & filiorum ſervaturus cum omni ſupellectili diſcedens civitatem Normandis tradidit. Capta urbe, & praeſidiis firmata, in Beneventanos ducunt, a quibus ſimili modo iiſdem de cauſis deditio facta eſt. Deinde Ceparenum obſidere, ſed cum Pontificis conſilio munitum eſſet, fruſtra oppugnatio loci tentata eſt. Igitur quum nihil proficerent cum levi armatura Romam uſque populabundi perrexere. Exercitus praeda ditatus, undique diſperſos per Italiam milites in ſua caſtra tamquam in tentoria attraxit; nam ferme tertia pars

militum, quae in exercitu eorum fuiſse dicitur, ſpe praedae potius quam aliquo pellecti ſtipendio, duces ſequebantur.

Interea Mathildes, & Otho copias cogunt, ut Ceperano ſubveniant; ſed exſpectantes adventum Comii, Regis Anglorum, quem Henricus in Italiam feſtinare iuſſerat, ut Othoni praeſidio eſſet, concurrere diſtulerunt.

Eo anno magnus cometes exortus ad meridiem tremendos efferens radios haud obſcurum praeſagium fuit Siculos in Normandorum venturos eſſe imperium. Quo item anno & hora mons inundavit, & magna ſolis eclipſis viſa, & Hungari ab Henrico rebellarunt, & Salomonem eorum Regem carceri tradiderunt, quia ſpretis Hungariae nobilibus, quemque viliſſimi generis hominem ad Magiſtratus gerendos eligebat; & Ruſſi de eorum regno contendentes Henricum Imperatorem elegere, qui quum gravioribus Alemanniae bellis eſset implicitus, illis praeſidio eſse non potuit.

Dum apud Panhormum Normandi Duces eſsent intenti, Inſulani, collectis undique auxiliis, & Agarenorum infinita multitudine, caſtra Normandorum invadunt, quorum etſi ingens erat multitudo, tamen praelium non invitus Robertus ſuſcepit, utpote qui inconditam, & agreſtem manum,

num,

num, bellis inſuetam, facile ſuperare poſſe fidebat. Commiſso praelio tantiſper pugnatum ab Inſulanis eſt, dum in equitibus ſpes fuit. Sed poſtquam circumventos, occiſoſque illos videre, & a Normandis circumveni eorum legiones, repente plerique abiectis armis in proximos urbi montes confugere. Sed invadentibus per montana equitibus, magna Agarenorum pars caeſa, Inſulani ferme omnes capti, in hoſtium poteſtatem venerunt. Perculſi ea clade cives Panhormitani animis conciderunt; trepidari intra urbem coeptum, & mulieres gravius ſolito ſe ſe affligtare, & eo maiore metu tenebantur, quia victor Normandus urbem vallo circumcludere, ne civis inde egrediendi, ne hoſtis comeatus importandi, facultatem haberet. Quoque maior obſeſſis metus iniiceretur tria propugnacula pro portis erexit. Ex quo cives, quum viderent intromitendi ſubſidii ſpem omnem eſſe ademtam cum Roberto paciſcuntur, obſidibuſque datis tempus deditionis duorum menſium, ne interea alteri eſſet ſubventum, pacti ſunt. Robertus ſuſceptos obſides in Calabriam miſit, relictiſque caſtris loco munito quinque millibus paſsuum a Panhormo diſtantibus, illis Gottofredum fratrem praefecit; ipſe in regnum rediit. Sed dum haec apud Panhormum gerebantur,

novis in Apulia motibus exortis, Rogerium fratrem cum claſſe Brunduſium ad obſidionem continuandam Robertus remiſerat. Acceperat enim Tranenſes Barumque ab ſe defeciſſe, & Comium Regem Anglorum, cuius filiam Agnetem Henricus in uxorem duxerat, impulſu Henrici IV. ſibi ex filia nepotis, in Italiam magnis copiis deſcendere, & cum Siſulpho Salerni Principe nova belli conſilia iniiſſe. Vir acer ingenio exiſtimans, quod evenire facile poterat, unituros ſecum Othonis & Mathildis copias, & regnum, ſoluta Ceperani obſidione, invaſuros, ejuſque ſtatum in periculum adduci poſſe, non cunctandum ratus, diſperſos per Calabriam, & Apuliam, milites cogit; magniſque itineribus Comius in Apuliam deſcenderat. Iamque Tranenſium obſidio in octo menſes diſtracta erat. Qui Roberti metu permoti Boamundo ſe dederunt. His iunctis cum patre copiis, certiores facti Graecorum, & Agarenorum, multitudinem obviam conveniſſe, & occupaſſe Montem piloſum, eo proficiſcuntur. Praeerat Montepiloſitanis Gottofredus quidam Gallus, olim gregarius Roberti miles, qui ut veteris ſui Ducis adventum vidit, ſimulatione pacis proditor factus Roberti copias in oppidum introduxit, a quibus cives direpti, & oppi-

dum

dum incenſum eſt. His peractis ad Barum caſtrametatus eſt, relicto prius Beradulfo fratre cum parte copiarum apud Otaianum, qui tumultuantibus praeſidiis, ſaepius cum hoſte concurrens, quia iniquum ſibi certamen cum hoſtibus erat, in proximum oppidi montem deſertis prioribus caſtris ſe contulerat. Sed hoſtes (remotiora a moenibus caſtra erant) tanto commodius late populabantur. Qui quoties progreſſi, & ſecum praedam recipere non poſſent, Barum ſe conferebant. Ex quo factum eſt, ut Barenſes eorum auxilio freti, eruptione facta, Roberti caſtra audactius invaderent. Ob quod Guiſcardus commutatis ſtationibus duo mille paſſuum haud procul ab urbe, foſſa, & muro in antiqua fabricae ſtructura erecto, caſtra munivit, quibuſdamque propugnaculis in lapidea materia erectis, quarum in ea regione copia erat, quo munitior ab hoſtium incurſione eſſet, ſuoſque ab omni vi tutos ſervaret. Eodem ferme tempore imago Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti crucifixi inſigni miraculo Ioanni Gualberto Florentiae oſtendit placuiſſe Deo eam iniuriarum indulgentiam, quam hoſti ſuo humiliter ſupplicanti conceſſerat, mota loco cruce, & imagine Salvatoris; ut ſibi acceptum eſſe oſtenderet nihil ma-

Digitized by Google

gis quam ignoſcere, dum poſſis ulciſci. (1)

Anno Gratiae LXX. ſupra milleſimum Brunduſini deditionem ſimulantes, aliquot Normandorum primarios in urbem colloquii ſpecie, componendarum rerum cauſſa perrexere, quia cives capti, deſiderati omnes, & cuncta eorum capita Conſtantinopolim ad Imperatorem delata ſunt. Quo intellecto Robertus parte maiore, equitatus apud Barum relicta, cum paucis Brunduſium venit; increpans Rogerium, quia nimia ſuorum iactura parum caute ſuos hoſti tradiderat trucidandos, obſidionemque deinde inſtaurat, diſpoſitiſque circum moenia cuſtodibus, neminem portis egredi patiebantur. Ceterum Barenſes quum vidiſſent in Autumnum obſidionem diſtractam, ac etiam tunc ducis animum ferocem, & obſtinatis animis obſidionem continuare, Graecos milites, qui eorum rebellionis cauſſa fuerant, adloquuntur, ſe omnia extrema paſſos, fidem integerrimam Graeco Imperatori ſervaſſe, ſervaturoſque, ſi frumenti copia adeſſet. Sed quum omnibus neceſſitatibus eſsent circumventi, ac aliis calamitatibus opprimerentur, rogare, ut communi eorum ſaluti & neceſſitati pro-

(1) Multo ante haec tempora hoc miraculum contigit, hoc eſt, anno MIII. ut apud *Soldanium Quaeſt. II. Vallumbroſ.* videre eſt. *Lamius*.

providcant. Illi quum veraeſse intelligerent quae a civibus dicebantur, arbitrium deinde urbis Normanno cum civibus concedere, & omnium conſenſu deditio facta eſt. Introgreſſi urbem Normandi contra ius, faſque, primo in Graecos ſaevientes, deinde etiam in cives multa dictu horrida crudeliaque ob recentem Brunduſiorum perfidiam patravere.

Ea tempeſtate pomoeria Florentiae urbis dilatata ab Arni fluminis ripis ad ſacras uſque Laurentii aedes.

Interea nec ſegnius in Sicilia bellum gerebatur. Namque Gottofredus poſt Roberti decesſum, quum comperiſset Panhormitanos alia cepiſse conſilia, & omnes eorum iuramenti, & promiſſionis immemores, pactioneſque cum Roberto firmatas violaſse, urbi prius caſtra admoverat; erant enim cives in ſpem adducti novitate earum rerum, quae in Apulia factae erant, & Regis Anglorum adventu. Normannos obſidionem ſoluturos, & in Calabrias ad res ſuas tutandas redituros, elatique animis urbem ad id tempus quod promiſerat Gottofredo tradere recuſarant. Sed quum vidiſsent Gottofredi animum ferocem, & compertum haberent in Apulia res adverſas, & Comii interitum, & exercitus ſui cladem ſuſceptam, omnemque externi ſubſidii

ſidii ſpem eſse amiſsam, & Inſulanos primo praelio perterritos, animis concidere, comunicatoque conſilio nobilium plebiſque, hoſti ſe dedere ea lege, ut quae patraſsent ſibi condonarentur, & obſides, quos Robertus in Calabrias tranſmiſerat, nulla mulctatos poena redderet. Fuit hic annus, quo a Panhormitanis deditio facta eſt tertius, & ſeptuageſimus ſupra milleſimum. Quo anno devotiſſimus Chriſti Ieſu Monachus Iohannes Gualbertus moritur, qui princeps ordinis Valliſumbroſae, & eius religionis fuit, pollenſque miraculis habitus eſt; & Robertus ..... Balduini Flandrenſis frater iam defuncti contra Arnulphum nepotem ſuum pupillum, Balduini fratris filium, profectus, Flandras ei ademit. Hic a matre Richilda ad Philippum Francorum regem adſportatur ab eo auxilium petens: ſubvenit pupillo Philippus, & commiſsa cum Roberto pugna diu vario eventu certatum. Pupillus in eo praelio cecidit, Philippus fugatus eſt. Robertus etſi victor, tamen captus eſt, & ad Richildam delatus, quem cum captivis poſtea permutavit in bello, quod per aliquot annos pertractatum eſt. Per id tempus Michael Graecus Imperator fugatur, & Alexander imperat.

Eodem ferme tempore Brunduſini ſe

Ri-

Richardo dedunt, queſtuſque eſt cum ceteris fratribus iniurias ſuas, quod tantis rebus proſpere a ſe geſtis nihil ſibi in tanto acerbiſſimo obſidionis tempore praeſidii attulerint. Poſt haec tamen, ut erat .... in ceteris fratribus ſe adiunxit. His ita feliciter geſtis Ducis animus quietis impatiens exercitum in Siciliam transfretavit. Primo eius adventu Meſſanenſes iam antea a Calabria ſolicitatos ſuſcepit, & paullo poſt a Catanenſibus ſuſceptus eſt, & cum in Leontinos properaret, ab illis non expectato Ducis adventu, deditio facta ea lege, ut Agareni ſuis legibus viverent, debito illi ſtipendio perſoluto, quod tributi nomine quotannis penderent.

Dum haec in Sicilia gerebantur, in Piceno, Vmbria, & Etruria, res turbulentae erant, nec ferme erat civitas, quae aut ſuos praefectos pati, aut cives, poſſet. Piſanis, Miniatenſibus, Volaterranis, & Senenſibus, pro Imperatore Henrico decertantibus, cum ſoli minus poſsent ob Florentinorum & aliorum potentiam, quum ſubditos nimis aere in tributorum ſolutione adfligerent, illos contra ſe arma ſumere coegerunt, interceptiſque equitibus, quos ab Henrico ſuſceperant, in tantam audaciam devenerant, ut quaſi ſoluti legibus, imperioque, fructus annuos ex poſſeſſionibus,

Digitized by Google

bus, Dominis eorum debitis ſolvere, aut reddere recuſarent; quod cives non ferentes, culpamque in ſe ipſos adſignantes, pars quo plus auctoritatis haberent; pars ut metu ſubditos continerent, nunc uni, interdum alteri adhaerentes, gravioribus animis inter ſe decertabant. Inventi ſunt tamdem qui has peſtiferas ſeditiones ex bono & aequo componerent parte fructuum ruſticis condonata; & quia eos iuſte ad iracundiam provocaſſent, rebellionem ab iis factam illis condonavere. Fuerunt item plures, qui habitationis propriae ſedem, ubi plurimum poſſeſſionis habebant, loco munito mutarunt ut fecere plerique nobiles ex Senenſibus. Miniatenſi agro . . . . . oppido item a ſuis diviſo pars iuxta montis radices ſe contulit, pars in antiquo eorum oppido permanſere. Quae res poſtea magnae cladis initium fuit, nam ut quiſque minus in urbe poterat, dabat operam, ut, armata ſuorum agreſtium multitudine, vi cives ſuos deiiceret, aut patria pelleret, aut quae maiori conatu reſiſterent, obtruncarent. Florentini item, Arretini, Peruſini, & Piſtorienſes diviſi, in inimicorum urbibus non minora facinora graſſabantur, & cuncti incendia, domorum deſolationes, expulſiones civium, caedeſque patrabant. Nec finis tantis cladibus factus eſt, donec

qui

qui plus poterant, civium ſuorum ſanguine ſatiati, paene tyranni urbium facti ex arbitrio paucorum cuncta moderabantur; Imperatoris Romani incuria, ac negligentia, qui nobiliſſimam Italiae partem ſolutis imperii habenis impune vagari permiſerat, & eius curam adminiſtrationemque dereliquerat. Inſequenti anno, quum omnes, hyemis tempore, legati ex ceteris Inſulae civitatibus, oppidiſque, ad Robertum veniſſent; & quidam foedus, nonnullique amicitiam imploraſſent, dominium eius accepere. Quibus omnibus Rogerium fratrem ſub Comitatus titulo praefecit, & totius Siciliae ſibi cura permiſſa, ipſe in Calabrias rediit. Iis in Sicilia peractis, pacis artibus intentus, ut terreſtrem curam ſuſceperat, ita & maritimam non omiſit. Claſſem quinquaginta triremium aedificari curavit, ut regno praeſidio eſſet ad repentinos Barbarorum incurſus, quos fama erat ingenti claſſe Siciliam invaſuros. Qua aedificata, illi Rogerium fratrem praefecit.

Initio veris haud procul maritima, ubi olim Lilybaeum dicebatur, Druſis frater regis Afrorum, qui adparatu octuaginta triremium in Siciliam venerat, claſſem Rogerii Drepani propinquo loco quieſcentem in certamen pellexit. Commiſsa pu-

pugna praelio Druſis ſuperatus, & captus eſt. Triginta tantum ex hoſtilibus manibus evaſere, reliquae omnes cum ipſis hominibus captae, aut demerſae ſunt. Druſis viginti mille auri nummis redimitur, & ad ſuas triremes remiſſus eſt. Interea fortuna rebus hominum ſemper adverſa, more ſuo uſa, quietum, ac paene felicem Roberti ſtatum pervertere nixa eſt. Cuius tantum conatum Robertus ſumma virtute infregit. Nam per id tempus Siſulphus Salerni Princeps moritur, relicto Siſulpho eius filio, qui ei in Principatu ſucceſſit. Is eamdem, quam Pater ingreſsus viam, incenſus etiam cupiditate regnandi finitimis bellum intulit. Nec iis contentus Gulielmum Roberti fratrem, quem Robertus Campaniae praeſidio reliquerat adorſus, operatus eſt ut ſe ſocio, atque coadiutore, Beneventanos invaderet, & perſuadet id hominum ambitioſiſſimus. Quae quum Guiſcardus diſsuadere non poſſet, ſtatuit armis prohibere, duxitque equites, quos paratos expeditoſque habebat, in Nolanum agrum; erat enim Robertus ea tempeſtate Sarni. Qui quum intelligeret ſua praeſentia non deterritos, & etiam Siſulphi animum ferocem eſſe, nec monitionibus, aut ſua auctoritate ab incepto propoſito retrahi poſſe, maiori ira & odio accenſus, non ſo-

ſolum praeſentis facti indignatione permotus, ſed etiam memoria fratris, qui ſuperioribus annis, contra ipſius mentem bellum Ludovico Principi Campano intulerat, Capuamque occupaverat, ratus impunitate rei licentiam maiora perpetrandi adferre, in Salernitanum agrum deſcendit, caſtriſque obmunitis, urbem obſedit, Rogeriumque Siciliae Comitem cum claſſe eo venire iuſſit. Interea Gulielmus Beneventum deditione acceperat. Erant enim ea tempeſtate omnes ferme Regni civitates bellis adeo adſiduis imminutae, ut ne ulla quidem earum diutius hoſtilem incurſum toleraret, aut vim ſibi adferri pateretur. Eodem ferme tempore Spinacolum, Sancta Severina, & Cotronum, a Roberto rebellarant; & fere omnis illa Salentini agri ora, quae inter Tarentum, & Hydruntum eſt, eorum Principis morte, ab eo defecerat. Et iam Guillielmus Campaniam populabundus invaſerat, ob quod Pontifex Siſulphum, & Guilielmum, excommunicaverat, copiaſque Mathildis apud Babicum convenire iuſſerat, & maiora in dies praeſidia ab amicis expectabat. Haec quum Gulielmum non laterent, vir ingenio mobilis, immutata mente, Pontifici ſe conciliat, & ambo Roberto hoſtes effecti copias contra eum iunxere. Interea Henricus Ponti-

fici

fici adverſus levi ex cauſsa factus ; literis Robertum admonuit, ne eum fratris, aut Pontificis, aut Mathildis copiae deterrerent; ſe propemodum auxilia ſibi ſubmiſſurum, quibus fretus Pontificis copias, fratriſque profligare poſſet; Et nihilominus a Concilio in Germania habito impetravit ; & ab Antipapa (ſic enim non rite electum Pontificem adpellant) ut Mathildes, Siſulphus, & Guilielmus Roberti frater excommunicarentur. Quo tempore quum Henricus Italicae expeditioni ſe pararet decimonono aetatis ſuae anno bello a Saxonibus, & Hungaris moto implicitus, non ſolum Italiae adventum diſtulit, ſed Roberto quidem, quod pollicitus fuerat, non potuit adimplere. Eo item tempore Alexander moritur anno ſui Pontificatus undecimo, menſe ſexto, accerſituſque Romam Ildebrandus, a Cardinalium Concilio Pontifex creatus eſt, dictuſque Gregorius VII. Mors Alexandri Henrico peropportuna, ſed magis Ildebrandi electio, cum quo in Germania plurimum familiaritatis contraxerat: Et in Gallia Balduinus puer frater Arnulfi, quem in praelio contra fratrem Robertum concurriſſe diximus, praelio commiſſo Robertum patruum ſuperat, & Regni paterni poſſeſſionem adeptus eſt.

Dum haec ita gerebantur Salerno poti-

titur, quum Siſulphus ſe in turrim regiam recepiſſet, quum a ſuis deſereretur, tum etiam fame compulſus in Roberti poteſtatem pervenit Decembri menſe, quum veris initio Salernum oppugnari coeptum eſſet. A quo omni dominio pulſus profugus aberravit. Praefuit deinde Salernitanis Guaimarus frater, & eius filius poſtea Iordanus, qui Ludovici Principis Campani filiam ſuſcepit uxorem, ex qua peperit Richardum, Robertum, & Iordanum. Septem menſibus duraverat Salerni obſidio; in qua Eccleſiam Sancti Matthaei aedificandam voverat, in quam Siſulphus confugerat. Quo item tempore in Calabria munitiſſimum Sanctae Agathae oppidum longa obſidione ſuſceperat, & civitatem Sympolim, in quam Graeci milites confugerant. Iiſdem item temporibus Richardus Capuae princeps Neapolim obſedit, & aliquot menſibus ibi fruſtra abſumtis obſidionem ſoluit. Adparebat haec a Richardo fieri Roberti fratris conſilio. Namque Salerno expugnato, quum eius exercitus Dux a pleriſque exiſtimaretur, illum tantum reliquerat; ſed hic paullo poſt Capuae deceſſit, cui Gulielmus filius ſuccedit. Robertus deinde poſtea quam Salerno potitus eſt, Richardi fratris morte intellecta, in ſpem adductus Beneventi recuperandi, exercitum

D omnem

omnem eo deduxit. Hoc quum Gullielmus nepos intellexiſſet, iam antea Pontifici conciliatus, ſuſceptis ab eo equitibus, qui ſub Rodulphino Gallo Duce militabant, contra Robertum profectus caſtris eum exuit, & in Apuliam uſque fugavit. Sunt qui dicunt illum novi Pontificis gratiam inire volentem Benevento abſtinuiſſe; quam civitatem in priori reconciliatione Richardus pater Eccleſiae Romanae reſtituerat. Hac Roberti clade vulgata Barenſes, Patrono, neſcio quo, eorum Cive adhortante permoti, praeſidio Normandorum urbe eiecto, a Roberto defecere. Nonnulli item ex ſuis rebellarunt, in quibus Bagiliardus nepos, qui Aſculum Apuliae civitatem invaſerat, & Venuſium occupaverat. Gregorius quinto ſui Pontificatus anno Graecorum Imperatorem ab unione Romanae Eccleſiae diſſentientem excommunicat, & Michael olim Imperator imperium ſuſcepit. Anno gratiae MLXXIX. inventum eſt Corpus Sancti Camertis ex Achenentia Civitate per Arnaldum eius loci Archiepiſcopum; & Turcae Armeniam, & Suriam magnis copiis depopulati ſunt; & Robertus in Calabriam profectus Sanctam Severinam Cotronumque ſua praeſentia ſuſcepit. Quo tempore Michael Conſtantini filius cum Michaele, Andronico, & Conſtantino filiis ab Ni-

Nicephoro Botoniate armis ab eorum imperio eiecti ſunt; & Turcae Rhodum Inſulam depopulati ad ſex mille hominum in Aſiam abſportaverunt. Captum eſt eodem anno a Roberto Vicum agri Surrentini, & in eo oppido Gradalonem nepotem ſuum luminibus orbavit cum multis praeterea, qui ab eo rebellaverant. Deinde audita Barenſium rebellione occidit. Ob eam rem ſuis animi additi debiliores, & in fide confirmatis hoſtibus terror iniectus; in quibus cum Germanicis Matenſis Epiſcopus Pontifici ſe coniunxit, & Henrici metu a ſuis civibus pulſus eſt.

Initio veris, in ſolemnitate Pentecoſtes, conventu Moguntiae per Henricum inito, Imperator decrevit Pontificem a Pontificatu eſſe amovendum, & Lombardiam petens, vere in Italiam magna manu deſcendit. Quo tempore Gottofredus, & Mathildes uxor contra Boamundum, & Robertum iuſſu Pontificis profecti ſunt, ut illos Piceno pellerent, & exercitus Henrici, quos in Campaniam properare fama erat, impedirent. Nam confoederatum eſſe illum cum Guiſcardo iam antea Pontifex compertum habebat. Robertus, quia Pontificis copiae inſtar erant exercitus non contemnendi, in Soranum accito Boamundo ſe recepit. Horum adventu Pontifex, quia ea

tempeſtate Normandi vis magis timenda quam exaſperanda erat, permotus iterum pacis fidem attulit. Sed quoniam celerius hominum opinione Henricus in Italiam venerat, Pontifex animo concidit, & pacis mentio a Roberto derelicta eſt, quia Gregorius eadem illa intellexiſſe cognoverat, quorum gratia movebatur. Ceterum his animadverſis Robertus incuſare fortunam ſuam, quia tam repente copias ex Piceno revocaſſet, & quia inani metu perculſus, ſpe pacis bellum, in quo paene ſuperior factus erat, relinqueret. Iamque Iulius aderat menſis, & Henricus Florentiae caſtrametatus, quum civitatem ſeditionibus agitatam, uti ratus erat, capere non poſſet, re infecta diſceſſit; qui ut primum Senas pervenit Pontificatus adminiſtratione Gregorium inhibuit; quod ille non ſolum contemſit, ſed Henricum Germanorum regno, & Imperii adminiſtratione prohibuit, proceribus ſui regni ſacramento fidelitatis abſolutis. Hanc Pontificis inhibitionem Imperator contemſit, adſerens quod quum Chriſtus Ieſus ter Petro paſcendas oves commiſiſſet, Reges ſemper exceperat.

Interea Cincius multa contra Pontificem moliri, Tiburtinos, Praeneſtinoſque antea ſolicitatos ad Henricum deficientes

ſuſci-

ſuſcipere; cum iis etiam, quos Romae ſuae factionis reliquerat ex tributo occulta rebellionis conſilia communicare; multa Henrici nomine dubiis polliceri, ſi incepta perficerent; poſtremo nihil intentatum relinquere, ita ut iam omnes Romani novandis rebus ſtuderent; ſed haec defectionis conſilia remorata ſunt.

Dum haec inter Imperatorem, & Pontificem gererentur, Tarentum ab Imperatore Graecorum occupatum eſt, Tarentinique Graecos milites in urbem recipientes finitimas urbes ad rebellionem eorum exemplo attraxere. Iamque Robertus Materam, & Tricaricum, quae ab eo prius defecerant, recuperaverat, Candulfumque fratrem Monti Carcoſo praefecit, relictaque ſibi eius provinciae cura in Calabrias profectus, Sanctam Severinam, quae iterum rebellarat, cum Cotrone ſuſcepit. Inde Coſentiam incendit, Guilielmumque nepotem ſuum ex Lanfredo fratre, qui ab ſe deceſſerat, expugnatione captum, quia necare ſibi indecorum putabat, luminibus privavit. Eodem ferme tempore Michael Conſtantini filius Graecorum Imperator cum tribus filiis Michaele, Andronico, & Conſtantino qui ab Nicephoro Botoniate, de imperio eiecti fuerant, quum multa prius ingentia contra Nicephorum eſſent moliti,

 aſpe-

aſperaque & adverſa eveniſſent, externa auxilia petivere.

Inſequens annus non laetior fuit, quum diſſenſionem per Gregorium imperio exortam, illico ſequuta ſit ipſius in Italia non mediocris iactura; namque Robertus ſuis rebus intentus, ut primum de Graeciae rebus certior factus eſt, & auxilia Graecorum in Calabria, & Apulia, diminuta eſſe accepit, Spinazzola prius occupata Hydruntum perrexit, & ab eodem iiſdem de cauſis brevi captum atque comminutum eſt; Tarentumque in quod cum Conſtantino Graecorum reliquiae confugerant uti in munitiſſima arce ſe continentes obſedit; quo in loco Michael olim Grecus Imperator incognitus lugubri veſte ad Robertum venit, iniurias ſibi illatas ab Nicephoro queſturus. Hic poſtquam in ſecretum adductus eſt, & quis eſſet, & qua gratia ad eum venerit expoſuit, magno in honore ab eo habitus eſt, ſua opera Tarentum ſuſcepit, & quibuſdam pactionibus inter ſe firmatis, ſuadente Roberto Romam profectus, illum conciliat Pontifici. Timebat enim Pontifex Henrici praeſentiam; qui quo maiori vinculo Guiſcardum ad ſuas partes attraheret vexillo Eccleſiae illum donavit, ligiuſque Eccleſiae Romanae factus, in ſua verba iuravit ſe ſe partes Eccleſiae tutaturum, &

ut

ut maior auctoritas bello in Graecia gerendo adeſſet, ad quod ipſe dux electus erat, excommunicatur Nicephorus, & bellum contra eum indictum eſt. His peractis Michael ſpei plenus ad Robertum rediit, Hydruntumque pari voluntate profecti ſunt, & circum ea loca ad commeatus, & claſsem praeparandam, quam Brunduſii habebat ſunt commorati. Interim praefectos in Calabriam ad frumenta coemenda miſerunt, quae Normannis ſua pecunia perſolvit; renuntiatumque eſt ob eam rem a Michaele, Pontificis auctoritate ſubſequuta, Iuri, quod in Apulia, & Calabria, Tarentoque habebat; Boamunduſque iam ferme triginta annorum claſſi praeficitur, qui ſolvens Italia, Inſulam Corfu, quam olim Corcyram vocabant, primo impetu cepit, pauloque poſt Robertus cum Michaele, & eius uxore, eum ſequuti ſunt, relicto Rogerio eius filio adminiſtratore Regni Neapolitani, quod XXVI. annis, varia belli fortuna, Robertus pater bellis ſuum effecerat, & tunc auctoritate Pontificis poſſidebat. Eo anno terraemotus validi magno cum mugitu VI. Kal. Aprilis prima noctis hora in tota paene Gallia facti ſunt, multaque hominum millia ab aedificiis oppreſſa periere; & Lanfredus Andegavenſium Comes Fulconi fratri bellum indixit, quod ſibi bel-

bellum intulerat ſub praetextu quod in diviſione facta parvam imperii paterni partem ſibi reliquiſſet; compromiſſa etiam hac fratrum diſcordia in Philippum Francorum Regem, iudicatumque ab eo Caſtramenſem Comitatum Fulconi dandum. Qui ne hac quidem Regis ſententia quietus praelio cum Lanfredo congreſſus auxilio Andegavenſium, & Turonenſium, praelio ſuperatus cum multa ſuorum ſtrage captus eſt, & in carcerem a fratre coniectus.

Anno ſalutis MLXXXII. Robertus, Michael, & Boamundus, Iulio menſe Vrceolam transfetarunt, & haud procul Dyrrachio prima caſtra habuerunt. Praeerat ea tempeſtate claſſi ab Nicephoro paratae, inſtructaeque, Alexius Megadonus, qui undique collectis auxiliis quadraginta navium claſſem effecerat, qua ſperabat contra omnium hoſtium vim ſua tutari poſſe; quippe qui exiſtimaverat Normannos artis maritimae inexpertos terreſtrem pugnam potius quam maritimam tentaturos. Haec dum inter Robertum & Nicephorum agitabantur, Henricus iampridem Normanno infenſus, & quia mox tam repente ſe Pontifici reconciliarat, nullo metu inſtante, nulla neceſſitate, nulla denique vi ſibi exorta, opportunitatem Regni invadendi ſervabat; & quia Pontificis animum a ſe alienum

ante

ante cognoverat, ſtatuit cum eo primum, deinde cum Normannis, bellum gerere. Igitur coacto ex omni Etruria ſuorum exercitu, & auxiliariis militibus, quos in Lombardia habebat, accitis, Romam profectus, urbem a Decio Cincio iam antea ſolicitatam ſuſcepit, Pontificemque in Mole Hadriani, in quam confugerat, obſedit. Inde traiectis omnibus copiis, parte Etruſcorum in caſtris relicta, Volaterranos, & Albanos adſe deficientes ſuſcepit. Et quia autumni tempus advenerat exercitus circum ea loca diviſus in hibernis locatur. Ea tempeſtate Guillelmus nothus regis Angliae contra Robertum filium ſuum, qui Normannis praefuerat, concurrit, & equo deiectus eſt. Magnum vitae periculum incurrit Guillelmus pluribus vulneribus ſaucius, multiſque ex ſuo exercitu amiſsis diſceſſit. Eoque Pater indignatus filio maledixit, & ſuorum bonorum exheredem fecit. Ceterum in Apulia Aſculani, & Camertini, certiores facti de his, quae ab Henrico gerebantur, poſt Roberti diſceſſum levibus etiam agitati inuriis a Rogerio, quem relictum a Guiſcardo illi Provinciae memoravimus, rebellarunt; omnemque Apuliam latrociniis infeſtantes, effecerunt, ut ceteri ex Regno Neapolitano ſimilia exoptantes rebus novandis accederent. Interea Nicephorus

ad res ſuas confirmandas profectus, veritus imperii ſui novitates, & vim hoſtium metuens, quos contra ſe veniſse magno adparatu cognoverat, Venetis ſe coniungit, qui claſſe quinquaginta navium comparata, Dominico Silvio praefecto, Nicephori exercitibus ſe immiſcuit; concurſumque ab iis cum Roberti claſſe, & diu ancipiti Marte pugnatum; tamdem multo ſuorum cruore Normanni ſuperati. Nec tamen haec victoria laeta, aut incruenta fuit; nam duo millia hominum in eorum claſſe deſiderata ſunt, ſex & decem naves cum hominibus ipſis ſubmerſae. Ceterum Michael & Robertus ad extremum uſque proelii pugnae adfuerunt, ita ut proditis poſtremo rebus aegre celocem nacti ad Boamundi caſtra ex proelio confugerunt: ceteri omnes aut in ipſa pugna periere, aut capti in hoſtium poteſtatem devenerunt. Ingens profecto clades, & non minus metuenda, ſi Imperatores timidi, aut rerum bellicarum inexperti fuiſſent: Sed quum ipſi Duces impigri, acerrimique, & ſpes omnis exercitus ex Italia traiiciendi amiſſa eſſet, neceſſitatem eis impoſuit tanto maioribus animis Dyrrachinam obſidionem continuare; quanto ea ſoluta, maius periculum vertebatur. Quae res effecit ut nec ob eam victoriam a Venetis aut Nicephoro Dyrrachinis

ſub-

ſubventum ſit ; quum hoſtes confirmati terreſtribus copiis, eorum caſtris auctis etiam a nonnullis ex Illirico equitibus, quos magna pecunia conduxerant, commeatus Imperatoris impedivifſent, & acrius urbem fatigaſſent tum continuis praeliis, tum omni tormentorum genere, aliiſque, quae ab hoſte obſeſſis inferri ſolent. Sed poſtquam Dyrrachinos omnia ſaeva pati intellexere, ſtatuunt ut Robertus cum Michaele ad reficiendam claſſem in Italiam redeant, Boamundus obſidionis urbis curam ſuſcipiat. Sunt item qui dicant hoc conſilium a Roberto ſuſceptum, & illum non tam ſolicitum cupiditate novae claſſis in Italiam revertiſſe, quam quia acceperat de Henrici adventu, quem contra Pontificem iam moviſſe compererat, dubitans, ne illo oppreſſo in Regnum Neapolitanum deſcenderet. Igitur noctu ex Illyrico ſolvens parva navicula Brunduſium adpellit. Michael reparandae claſſis cum ſuſcepiſſet curam, Robertus in Apuliam feſtinavit, verituſque (quod ſupra meminimus) Aſculanorum rebellionem, quamquam ob hoc facinus paulo ante a Rogerio incenſi fuerant, & novos motus in Apulia excitatos facilius initio coerceri, comprimique poſſe, quam poſtea diſſolvi, aut contineri ad effectum perductos, omnem in ea re ſolicitudinem curamque com-

Digitized by Google

committit. Nec eum feſellit opinio. Namque Appulos ſua praeſentia deterritos compeſcuit, & Canuſinos diutius reſiſtentes incendit; quorum metu finitimae civitates perculſae in Normandi fide permanſere. Poſt haec Capuam, quae ab eo rebellaverat, Iulio menſe profectus deditione accepit; deinde in Campaniam populabundus ingreſſus eſt; ubi oratores Trinacriae, qui Rogerii acta, & onera immenſa eis impoſita, queſtum venerant, quia illos avide Henrici adventum expectare acceperat, increpat, caſtigatque, quod in re minima tantum illi querimoniae detulerint; fratremque Rogerium corripit, quod parum caute rem adminiſtrando, nimia item ſeveritate in tributorum exactione adhibita, anſam novis motibus & rebellioni praebuiſſet. Deinde calamitatem in Illyrico ſuſceptam, & periculum, quod ab Henrico imminebat, ſecum queſtus eſt. Proinde uti advigilantius Siciliae adminiſtrationi eſſet intentus, ipſe poſtremo exercitum colligere, milites ſcribere, quibus cum Pontifici praeſidio eſſe poſſet. Ceterum Henricus continuata obſidione Molis Hadriani, in quam Pontificem confugiſſe diximus, tantis oppreſſit Romanos oneribus, aliosque permultos Italiae populos, ut & Romani, & Ligures, & quaedam ex finitimis Romae civitatibus

ab

ab eo rebellarint. Ob quod ipſe relinquere obſidionem fuit coactus, & ea praeſertim cauſa, quia Robertum in auxilium Pontificis in Campaniam iam perveniſſe acceperat, & Tiburtinis, Populoque Romano, opem ad defenſionem pertuliſſe. Quibus ex rebus permotus iter in Ligures adripuit, ne medius ab hoſte clauderetur, & ea ſpe, ut celeriter illis oppreſſis, quos a Mathilde ſolicitatos acceperat, contra Robertum properaret. Fuit hic annus gratiae tertius & octogeſimus ſupra milleſimum.

Interea Nicephorus ſeditionem veritus ab Alexio in ſuo exercitu concitatam, animo concidit. Videbat enim concitatos militum animos ſua praeſentia retinere non poſſe, & nihil praeſidii ob eam rem Dyrrachinis adferre poſſe; cenſebatque illos in deſperationem adductos deditionem facturos; quod ne ſe praeſente facerent, & ſimul ut ſaluti ſuae conſuleret, cum paucis equitibus Conſtantinopolim regreſſus eſt; ubi ab eodem Alexio inſequutus, obſeſſus eſt, paucoſque poſt dies in eius poteſtatem pervenit, proditione contra eum machinata ab Arnone Alamanno, quem Alexius pecunia corruperat; & civitate triduo praedata, Nicephorus, qui Deo ſe ex metu devoverat, ab illo ſervatus Monachus factus eſt. Ceterum Alexius propriae virtuti, & aucto-

rita-

ritati non fidens, ſimul ut hoſtium vires infringeret, Michaelem Michaelis Diocliſii filium conſortem accepit Imperii, qui quo facilius corruptum moribus exercitum ad maiorem diſciplinam deduceret, nonnullos milites, exeuntibus aliquot prius axauctoratis, conſcripſit, Michaelemque exercitui praefecit. Ipſe die ſolemni Reſurrectionis Chriſti Ieſu coronatus eſt. Robertus interea his de rebus certior factus, omiſſa contra Henricum expeditione, ne quid oblatae occaſioni deeſſet, relicto veteri Michaele ad reliquum claſſis aedificandum cum parte navium iterum ad Illyricum transfretavit, Boamundoque ſe coniunxit. Ceterum alter Michael cum Alexio in Boamundum, & Robertum invecti, acre praelium commiſere. Primo concurſu Michael Normandorum vim ſubſtinere non valens, loco demovit, deinde quum gloriabundus, & audacius in Normandos ſe inferret, ſuoſque incompoſitos in praelium duceret, quippe qui magno exercitu praeditus multitudine fidebat, quum obſiſtentibus praeter ſpem Normandis, a ſuis deſereretur, lancea a Boamundo ictus cecidit, & in fugam verſus Alexius pedibus ſaluti ſuae conſuluit. Acre poſt eius fugam id praelium, atque cruentum cum Turcis fuit, Normannis victori non obtemperan-

rantibus, & in deſperationem fugientibus prorſus adductis,quos de eorũ ſalute cogitare compellebant. Septuaginta enim Graecorum millia fuiſſe in exercitu Alexii comperio; ex quibus octo millia Graecorum & decem millia Turcarum caeſa ſunt. Ex Boamundi vero exercitu quum pauci prius periiſſent, poſt Graecorum fugam quatuor millia deſiderata, & Boamundus in femore a Michaele ſagitta percuſſus grave vulnus acceperat. Poſt eam pugnam Dyrrachini deditioni erant intenti, tamen inter paciſcendum quum inter ſe diſſentirent, quorumdam Venetorum militum proditione, qui praeſidio urbis erant, in Roberti poteſtatem venere, intromiſſis noctu Normandis per eam muri partem, quam ipſi tuendam ſuſceperant. Quibus rebus per Epirum auditis, ſequuta ſunt poſt urbis caſum ea quae victis incommoda evenire ſolent: nam complures ex Epiro civitates Illyricoque, eo metu conſternatae ſe ſe Roberto dedere. Sunt qui velint Robertum ſuperiori anno Dyrrachio fuiſſe potitum, quod fieri non potuit, quum omni ferme hiemis tempore eo anno in Apulia hibernaverit.

Nec tamen interea Henricus quietus erat; nam cum ſuo Clemente iunctis copiis cum Mathilde apud Parmam conflixit, illam-

illamque fugavit. Quo in praelio Gottofredus Mathildis vir interiit. Sunt qui item adfirment Henricum primo praelio ab his ſuperatum, ſeptemque & decem diebus incognitum latitaſſe, ſubventumque ſibi poſtea ab Henrico filio adoleſcente, & hunc cum Mathildis copiis, & Gottofredo conflixiſſe. Parum id conſtat. Non multo poſt Mathildes Azonem Eſtenſem ſibi cognatione propinquum, licet eius rei ignara, virum duxit, qua deinde re a Pontifice comperta inhibita eſt; & tertio poſt anno quam eam Eſtenſis duxerat ab eius coniugio abſceſſit.

Henricus ea victoria elatus in Etruriam rediit, & contra Pontificem movit, qui poſt ipſius diſceſſum Mathildis fretus opibus Romanam urbem, & finitimas civitates, quas Henricus pater ſine praeſidio reliquerat, recuperaverat. Romae caſtra locat, ſed accitus a Tiburtinis Ponte Milvio amne traiecto Tibur ſuſcepit, ibique Clementem urbis praeſidio reliquit. Inde Romam reverſus Ianiculum, quod nunc Tranſtiberim vocant, capit, Petrique Baſilicam poſt aliquot dies. Iterum eodem tempore traiecto amne ad aedem Beati Pauli caſtra locat. Interea Clemens ad eum venerat, & alia caſtra ad Hortos Neronianos habebat, ubi omni aeſtatis tempore conſeſſum eſt. Initio

tio hiemis(1) Henricus in Liguriam ad Mathildis terras ſuſcipiendas a ſe deficientes properavit, moxque Romam reverſus eſt. Quo tempore Romani quum ad ultimam frumenti neceſſitatem(2) adductos *ſe viderent & maenia oppugnari, Henrico ſe dederunt. Nam Gottofredus Lotharingiae Dux ſingulari fortitudine eam muri partem, ad quam oppugnandam Henricus praefecerat, ſuis copiis effregerat, gravique vulnere ſuſcepto, ſe vovit ut ſi ab eo liberaretur, ire ad expeditionem Ieroſolymitanam, quam animo prius conceperat; de qua ſuo loco dicemus. Gregorius Pontifex, etſi undique clauſum videbat ſe, tamen in Mole Hadriani ſeſe tutabatur; quamquam non multo poſt Romanis poſtulantibus Henricus Gregorium depoſuerit, & Clemens Romae coronatus fuerit, multis tamen Eccleſiae Praelatis reclamantibus non poſſe id iure fieri. Ceterum Clemens Henricum in Caeſarem unxit: quo tempore Gregorius . . . . nuntios viros impigros ad Robertum Guiſcardum miſit magnis precibus eum hortatus maioribuſque pollicitationibus ut Greciae rebus poſtpoſitis ſibi auxilio eſſet, & ut verbis litterarum ſuarum ad eum*

E *iter*

(1) In Annalibus ſcribit *Initio autumni*. Lamius.

(2) Quum hic in archetypo textu multa ab oſcitante librario omiſſa fuiſſent, nos ex Annalibus, quaecumque diverſo charactere deſcripta ſunt, ſupplevimus. *Lamius.*

iter accelleraret ad ſe eripiendum de Imperatoris Romani manibus, nec pateretur eum, quem tam pie defendendum ſuſceperat, ab ſe deſeri, utque ſibi praeſtiti iuramenti memor eſſet, nec ut fidem ſuam flocci faceret, quam ſemper integerrimam omnibus ſervaviſſet. His literis Robertus permotus, relicto in Graecia Boamundo, accitis aliquot Longobardis Normandiſque militibus, qui in Piceno vagabantur, in Italiam reverſus omnes ex Apulia Calabriaque, & Sicilia, copias, quas illis praeſidio reliquerat, ſibi adiungit, & quamquam de eius adventu fama iam evaneſceret, praeter omnium opinionem in tempore Pontifici fuit ſubſidio. De eius adventu Clemens certior factus relicto Tibure quo iam redierat, urbem profecto munitiſſimam, metu Roberti perculſus indefenſam, & ſine praeſidio reliquit; deinde tranſgreſſus amnem ſe Henrico coniungit, docetque eum ſe pro comperto habere Robertum magnis copiis adventare. Igitur commutato conſilio quum plene Romanis non fiderent, non expectandum hoſtem rati, ne eorum diſceſſus fugae ſimilis videretur, fingentes alia majora inſtare, & Romanis ipſis curam tuendae urbis commiſit, hortatuſque eſt eos, ut paci, & tranquillitati ſtuderent, pollicituſque ſe brevi reverſurum, nocte intempeſta cum ſuo Clemente iter adripuit, iuſſitque exercitui, ut prima luce eum ſequeretur; intellexeratque Henricus a Roma-

ma-

manis ſibi vim parari, quare tantus eum terror invaſit, ut Senas una cum Pontifice paucis ſubſequentibus, trigeſima hora poſtquam Roma, diſceſſerat pervenerit, ita ut Senenſes prius illos Senis viderint, quam venturos fore acceperint; & a Senenſibus benigne ſuſceptus cobortatuſque ad ſtandum in Italia. Creditum tamen eſt Henricum in Alemanias aufugere, tantus eum terror invaſerat. Iam Robertus Porta Flaminia vi patefacta Romam erat ingreſſus, maioremque intra moenia oppugnationem quam in ipſa porta adinvenit, Romanis re improviſa in ultimam deſperationem adductis iam adnitentibus mori potius in proelio honeſte pro ſalute patriae, & filiorum, quam turpiter vivere cupientibus. Intelligebant enim ſi hoſti ceſſiſſent uxores ſuas ſtuprari, filios rapi, incendi urbem, a Normandis, antiquis Populi Romani hoſtibus; denique ipſos occidi. Ex altera parte Normandi indignabantur quod iam pene victis hoſtibus victoria eis e manibus extorqueretur. Ira igitur & odio accenſi acrius invadebant, & tandem poſt longum eius diei certamen, quum iam adveſperaſceret, Romani loco pulſi ſunt: qui vivi ex praelio ſuperfuerant ad ſuas domos confugere, quae ab his eadem nocte, ut in tali neceſſitate fieri conſuevit, tignis cateniſque ferreis, & lapidibus cinctae interclusis viarū itineribus difficiliorem Normannis expugnationem reddidere; ſicque nocte tota

iter acceleraret ad ſe eripiendum de Imperatoris Romani manibus, nec pateretur eum, quem tam pie defendendum ſuſceperat, ab ſe deſeri, utque ſibi praeſtiti iuramenti memor eſſet, nec ut fidem ſuam flocci faceret, quam ſemper integerrimam omnibus ſervaviſſet. His literis Robertus permotus, relicto in Graecia Boamundo, accitis aliquot Longobardis Normandiſque militibus, qui in Piceno vagabantur, in Italiam reverſus omnes ex Apulia Calabriaque, & Sicilia, copias, quas illis praeſidio reliquerat, ſibi adiungit, & quamquam de eius adventu fama iam evaneſceret, praeter omnium opinionem in tempore Pontifici fuit ſubſidio. De eius adventu Clemens certior factus relicto Tibure quo iam redierat, urbem profecto munitiſſimam, metu Roberti perculſus indefenſam, & ſine praeſidio reliquit; deinde tranſgreſſus amnem ſe Henrico coniungit, docetque eum ſe pro comperto habere Robertum magnis copiis adventare. Igitur commutato conſilio quum plene Romanis non fiderent, non expectandum hoſtem rati, ne eorum diſceſſus fugae ſimilis videretur, fingentes alia majora inſtare, & Romanis ipſis curam tuendae urbis commiſit, hortatuſque eſt eos, ut paci, & tranquillitati ſtuderent, pollicituſque ſe brevi reverſurum, nocte intempeſta cum ſuo Clemente iter adripuit, iuſſitque exercitui, ut prima luce eum ſequeretur; intellexeratque Henricus a Roma-

manis ſibi vim parari, quare tantus eum terror invaſit, ut Senas una cum Pontifice paucis ſubſequentibus, trigeſima hora poſtquam Roma, diſceſſerat pervenerit, ita ut Senenſes prius illos Senis viderint, quam venturos fore acceperint; & a Senenſibus benigne ſuſceptus cobortatuſque ad ſtandum in Italia. Creditum tamen eſt Henricum in Alemanias aufugere, tantus eum terror invaſerat. Iam Robertus Porta Flaminia vi patefacta Romam erat ingreſſus, maioremque intra moenia oppugnationem quam in ipſa porta adinvenit, Romanis re improviſa in ultimam deſperationem adductis iam adnitentibus mori potius in proelio boneſte pro ſalute patriae, & filiorum, quam turpiter vivere cupientibus. Intelligebant enim ſi boſti ceſſiſſent uxores ſuas ſtuprari, filios rapi, incendi urbem, a Normandis, antiquis Populi Romani boſtibus; denique ipſos occidi. Ex altera parte Normandi indignabantur quod iam pene victis boſtibus victoria eis e manibus extorqueretur. Ira igitur & odio accenſi acrius invadebant, & tandem poſt longum eius diei certamen, quum iam adveſperaſceret, Romani loco [illegible]ulſi ſunt: qui vivi ex praelio ſuper fuerant ad ſu[illegible] domos confugere, quae ab bis eadem nocte, ut in tali neceſſitate fieri conſuevit, tignis cateniſque ferreis, & lapidibus cinctae interclusis viarũ itineribus difficiliorem Normannis expugnationem reddidere; ſicque nocte tota

in urbe in diverſis locis pugnatur. Orto deinde ſole quum hoſtes ſecurius Romanos oppugnarent, Campum quoque Martium profligarunt, nec prius inſequentibus Normandis deſtiterunt, quam in Capitolium pervenere. Tunc clamantium plorantiumque mulierum, & puerorum preces, ululatuſque, tota urbe audiri, quales nunquam antea Romae fuerunt; gemitus praeterea morientium, aedium incendia, & fragor tectorum ingens undique audiebatur; fumus praeterea pulveri concretus, & caliginoſo aeri mixtus, veluti eructantibus Aethnae cavernis, ipſum aera penetrabat; nihilque poſtremo in tota urbe niſi luctuoſum, & miſerabile crudeleque audiebatur. Incenſa eſt ad integrum ea urbis pars quae a Porta Flaminia ad Capitolium uſque continetur. Ceterum Romani, qui ſuperfuerant ex tanta clade, aliquot diebus e Capitolio cum hoſte pugnaverunt, & tandem quum fame urgente premerentur Roberto ſe dederunt. Erat in Roberto in rebus bellicis acre ingenium, ſed victoria parta leve & manſuetum, & natura mitis; qui poſtquam omnium victor factus eſt, nihil ultra ſaeviendum ratus, rapinas, & incendia probibuit, captoſque relaxari fecit. Tamen ea pars urbis incendio abſumta, quam ſupra memoravi, quum duae Vrbis partes integrae permanſiſſent, eo quod Romani coniuges parvoſque liberos, & omnem pretioſam ſuppellectilem, in Capitolium abſportaſ-

taſſent. Templa vero a Normannis intacta, et ſi qui ad ea confugerant, inviolati permanſere. Hoc maxime modo Pontifex Gregorius ab obſidione liberatus eſt Roberti Guiſcardi ope, a quo Salernum perductus, quum Romanis antea inviſus eſſet, & poſt Vrbis excidium infeſtiſſimum ſe eſſe cognoviſſet. Quae calamitas ſua ex cauſa Romanis evenerat, qui ſi religionis Chriſtianae memor fuiſſet, & officii ſui, numquam ea fieri permiſiſſet (1). *Sed is Pontifex paulo poſt Salerni moritur, & Victor III. in demortui Pontificis locum electus eſt, anno noſtrae ſalutis MLXXXIII. Eodem anno tanta aquarum inundatio facta eſt, ut Padi fluvii inundationes plures villas cum armentis, & ipſis hominibus abſumſerint. Robertus etſi de electione novi Pontificis certior factus eſt, etſi omnia bona in ſpe habebat, ut per ſuos oratores etiam acceperat; tamen Pontifex Apuliae Ducatum Roberto confirmare differebat, qui iterum per oratores tentavit, ut quae conceſſio ſibi a Gregorio facta fuerat, ſibi & ſuis confirmaretur, tamdemque impetravit.*

E 3 *Hiſce*

(1) Optimum quidem eſſet ſe bello ſemper abſtinere, & Sacerdotes inprimis; at ſe tutari ac defendere natura ipſa comparatum eſt, nec facile quis ſe deprimi patitur, & iure ſaepe. Quod dicendum de ſancto Pontifice Gregorio VII. Conſule *Ioann. de Carthagena De Iure belli Romani Pontificis.* Lamius.

Hiſce peractis auctoritate Pontificis, in Graeciam, & Illyricum, transfretavit, & primo adventu inſulam Caſſiopeam ſuſcepit; deinde Alexii Claſſem, & Venetorum, qui illi favebant, invadit. Praeerat claſſi Venetae Dominicus Silvius, a quo priori pugna apud Dyrrhachium navali praelio ſuperatus fuerat; ſed in hac pugna longe diſpari fortuna Venetus ſuperatur; nam pugna commiſſa eſt iuxta littus: in quo praelio Normandi quum a Boamundo ſubſidia ſubminiſtrarentur ſuperiores facti ſunt, multo Venetorum cruore. Dominicus & Alexius in Peloponneſum cum navi Praetoria aufugit, deinde Dominicus ob omiſſam claſſem a Venetis Ducatu privatur, & illi ſubrogatus eſt Vitalis Saledro anno ſalutis MLXXXVI. cuius filius Claſſi Venetae praeficitur, qui apud Saxonum reparata Claſse non minori quam altera pugna damno cum Normandis pugnavit. Caeſa enim ſunt ex Venetorum exercitu quinque millia hominum, ex Roberti ferme quadringenti deſiderati, & decem ſubmerſae naves cum ſuis nautis periere.

Secundum hanc victoriam Robertus apud Caſſiopeam inſulam profluvio ventris interiit Iulio menſe, ſeptuageſimo ſuae aetatis anno, nulla re praetermiſſa, quae cuiquam ſtrenuo Duci decori eſſe exiſtimaretur. Eius cadaver ſuo iuſſu Venuſium translatum in Eccleſia Trinitatis ſepultum

eſt,

eſt,quam ipſe inchoatam,nec dum perfectam reliquerat, multaque praeterea non tam belli quam pacis monumenta ſuarum virtutum praeclara reliquit. Melphiam in Lucanis montibus immunitam cinxit, & Averſam. In Campania duas ſupra viginti aedes ſacras conſtruxit, in quibus Salerni Eccleſiam Sancti Matthaei Apoſtoli; ipſiuſque Apoſtoli corpus, ut quidam ferunt Caperto civitate ei loco propinqua tranſtulit in Averſae, & Melphiae maiores aedes.

Ferunt Robertum fuiſſe mediocris ſtaturae, decora facie, oculis groſſioribus, eminentia naſi, capite calvo, colore ſublivido, lato pectore, membris teretibus, gracilitate crurum. Irae fuit pauliſper impatiens, & inter ceteras animi dotes: ferme, quum quid ocii daretur, aliquid manibus operabatur, ne otio aut luxu torpeſceret; gloriam vero inanem adeo ſprevit, ut quum utraſque Sicilias, Illyricum, Epirumque, ſuae ditionis feciſſet, numquam paſſus ſit ſe Regem nominari. Igitur poſtquam ad id loci pervenimus, non erit alienum, quae de eo a pluribus ſcripta ſunt, referre. Eius ſoror Guiſcarda, quam ſupra diximus Deo eſſe dicatam, quum ſaepius lacrumis Deum precaretur, ut aliquid de ſalute fratris ſibi indicaret, per quietem accepit, gratiam a Domino

 con-

conſequutum. In fidem tantae rei calicem ab eo Eccleſiae Trinitatis conſecratum adſpiceret a Diabolo fuiſſe attritum; quem calicem Robertus emerat ex pecunia redacta ex quibuſdam operibus ſua manu confectis, cujus potiſſimum rei cauſa miſericordiam a Domino meruerat. Illa mane exſurgens quum fidem viſioni congruentem accepiſſet, refici calicem imperat, a quo non ita penitus abolitae cicatrices quin adpareant: quae uſque ad noſtra tempora propter Fani religionem in eo calice permanſere; ſed hic calix noſtra memoria a Maſio neſcio quo Breſſio Ferdinandi milite, ut multa eius civitatis vaſa Deo conſecrata, conflatus, in pecuniam redactus eſt. Sed eius mortis cometes paucis ante diebus anno MLXXXVI. in Oriente exortus indicium fuit. Quo item anno Chartuſienſis ordo religioſiſſimus initium habuit. Et hauſto in ſacro calice veneno Victor moritur, & in eius locum, Clemente nondum defuncto, Vrbanus Secundus per Romanos electus eſt. Superfuerunt ex Roberto (1) liberi duo: Boa-

(1) Robertum plures filios habuiſſe refert Ioannes Villani. Sic enim habet Lib. IV. cap. XIX. Ed abbattuti i rubelli di Cicilia, e di Puglia, di tutto acquiſtò la Signoria, ed ebbe cinque figliuoli Guglielmo, che preſe per moglie la Figliuola d'Aleiſo Impe-

Boamundus natu maior, cui teſtamento reliquit quas in Italia Provincias, civitateſque, occupaverat; & Rogerius, cui Sicilias ambas reliquit. Ita enim quum eius matrem Sicelgardam deſponſarat, Germano ſe facturum promiſerat. Tancredum vero, quia ex concubina ortus erat, exheredem fecerat. Ea tempeſtate Henricus Imperator in Alemania erat, & Conradus eius filius ſuadente Mathilde a patre prius Lombardis praefectus rebellaverat; & ob eam rem Henricum in Italiam deſcendere conantem a Mathilde, & Conradi copiis, prohibitum quidam Annales habent. Per quod tempus Henricus quum in Saxonia ageret illos adgreſſus eſt, qui Albenſem Epiſcopum a ſuis civibus pulſum reſtituere ſuae ſedi feſtinabant; ſed commiſſo cum iis apud Vnchebur praelio, profligatus eſt. In qua pu-

peradore de' Greci, e fu poi dello Imperio di colui Duca e poſſeſſore, ma morio ſenza figliuoli. Queſti diceſi, che fu Guglielmo detto Longaſpada; ma queſto Longaſpada ſi dice per molti, che non fu del lignaggio di Ruberto Guiſcardo, ma della ſchiatta de' Marcheſi di Monferrato. Il ſecondo figliuolo di Ruberto fu Boagdinos, che fu primo Duca di Taranto. Il terzo fu Ruggieri Duca di Puglia, e dopo la morte del Padre fu coronato Re di Cicilia, e di Puglia da Papa Onorio II. Il quarto figliuolo fu Arrigo Duca di Normandia. Il quinto Ricciardo Conte della Cerra. *Mecattius*.

Digitized by Google

pugna quatuor millia ex Henrici militibus caeſa ſunt, quum ex Saxonibus non amplius quam quatuordecim viri perierint. Deinde vario eventu ſaepius inter eos pugnatum eſt. Et Barenſes corpus Sancti Nicolai a Minea Lyciae civitate Barum abſportavere. Tempore enim Venetos praevenerunt, qui illud Venetias transferre meditabantur. Et Auſul Galiciae Rex contra Agarenos pugnans eos fortiter debellavit, Toletumque eorum urbem diu obſeſſam tamdem expugnavit, cultumque divinum, moreſque Chriſtianos, in eam urbem primus introduxit.

HISTORIARVM VTRIVSQVE SICILIAE

LIBER SECVNDVS.

POſt Roberti interitum varii in Regno Neapolitano motus ſequuti ſunt. Namque Roberti inſtitutionem, quam ſupra ab eo factam memoravimus, Boemundus aegre ferens, quippe qui natu maior, a minore ſe regno privatum acceperat, ferocis animi iuvenis, compoſitis Graeciae rebus, infringere conatus eſt. Igitur claſſe in Hydruntum transfretaturus prius Alexio ſua reſtituit, quo & Greciae civitatibus omnis ſuſpicionis materiam adimeret;

ret; Illyrico tantum, & Epiro ſibi reſervatis, quod hae Provinciae ſibi commodiſſimae videbantur ad milites in Italiam traiiciendos, expeditioni ſe parat, & cum Henrico foedus percuſſit.

(1) Anno ſalutis ſeptimo, & octogeſimo ſupra milleſimum Pontifex bellum infidelibus indixit, aeterna praemia his promittens, qui arma contra eos paraverint, & omnium peccatorum remiſſionem. Quae res omnem ferme Europam ad tam felicem expeditionem commovit. (2) Anno gra-

(1) Villanius ponit annum MLXXXIX. ſedente Vrbano II. Pont. Max. *Mecattius*.

(2) De Florentiae obſidione, qua Henricus tertius eam cinxerat, Villanius haec habet: Nelli anni di Criſto MLXXXIX. Venendo Arrigo Imperadore da Siena per andare in Lombardía, trovando, che i Fiorentini tenevano la parte della Chieſa, e del detto Papa Gregório, e non volevano ubbidire a' ſuoi comandamenti, nè aprirgli le porte per le ſue ree opere, ſi puoſe ad oſte alla Città di Firenze da quella parte, ove ſi dice Caſaggio, dove è oggi la Chieſa de' Servi Sante Marie infino all' Arno, e fece gran guaſto alla detta Città, e ſtatovi più tempo, e date molte battaglie alla Città, e tutte adoperate in vano, imperocchè la Città era fortiſſima, e' Cittadini bene in accordo, e in comune, aſſalirono il ſuo campo dalla parte, ove era lo Imperadore con grande vigore, e ardire, e con vergogna dell' oſte dell' Imperadore, onde il detto Arrigo poco

gratiae octavo, & octogeſimo ſupra milleſimum Florentini in partibus Eccleſiae perſeverantes ab Henrico obſidentur. Et ipſe deinde aliis rebus Etruriae intentus obſidione abſtinuit, eodemque anno in Alemaniam properavit, propter Conradi eius filii rebellionem, qui ſeductus a quibuſdam Germanis Liguria diſcedens contra patrem in Alemannia arma paraverat; quos motus Henricus ſua praeſentia ſubſtulit, & auctores ſeditionis ab Conrado deſtitutos ultimo ſupplicio adfecit.

Interea Rogerius Capuam, quae poſt patris interitum ab eo defecerat, cum nonnullis aliis civitatibus, oppidiſque, diu obſeſſam expugnaverat. Quo metu perculſae ceterae civitates Campaniae, & Marſo-

co appreſſo levò ſuo campo, et aſſedio dalla Città di Firenze quaſi in iſconfitta, e laſciò ſua roba e arneſe nel detto campo, e ciò fu nel detto anno del meſe di Luglio addì 21. e per la venuta del detto Arrigo Imperadore ſi cominciò a dividere tutta l'Italia a parte di Chieſa, e d'Imperio. E partito il detto Arrigo di Toſcana ſi tornò in Lombardía, e di là ebbe gran guerra con la Conteſſa Matelda, la quale era devota figliuola di Santa Chieſa, e combattendo con lui lo ſconfiſſe in campo, e poi lui mal capitato in Lombardía ſe n' andò in Alemagna, e di là morio ſcomunicato in prigione, ove lo miſe il ſuo figliuolo medeſimo chiamato Arrigo IV. *Merattius*.

ſorum oppida, deditionem fecere. Eodem tempore terraemotus validi in Apulia exorti, multas eius Provinciae civitates caſtellaque ſubverterunt, in quibus ingens hominum numerus ſub ipſis aedificiis periere; & in Sicilia Syracuſae, & aliquot civitates poſt Guiſcardi mortem a Roggerio eius fratre defecere, Graecum Imperatorem invocantes. Boamundus iam in Italiam Avelona ſolvens Brunduſium adpulerat, qui . . . . amicis accerſitus, ab iis civitatem ſuſcepit, deinde nonnullas Apuliae urbes veteranorum patris militum praeſidio fulcitas occupavit, fretuſque quod tam formidandi exercitus inſtar contraxerat caſtrametari ad fratris loca, praedas inde agere, oppugnare interdum urbes ſibi reſiſtentes, interficere, formidine & tumultu provinciam omnem complere. Deinde maiori provinciae parte cccupata, omnia potitus, monteſque tranſgreſſus, ſuperato Patrino in Samnio apud Farnenum conſedit; ubi cum Rogerio fratre congreſſus, ſperans illum facile ſuperare poſſe, praelium iniit. Sed ea res falſum eum habuit, namque Normandi milites pro ſuo quippe Imperatore decertantes, ne quis ab altero ſuperari videretur, cruentum effecere certamen, quod tarde noctis inteventu diremtum eſt. Poſt paucos dies per . . . . . . exercitus Duces

pax

pax inter Boamundum, & Rogerium confecta eſt, iis legibus, ut Rogerio Apulia cum Sicilia, dummodo ne inde Rogerium pellere auderet; Boamundo patris provinciae, Calabria, Tarentumque, & Italiae urbes illi olim ſubiectae, parerent; Epiruſque praeterea, & ea Illyrici pars, quam Boamundus armis ſuam effeçerat ſuae ditionis eſſent; cautumque inter Duces, quo pax firmior eſſet, ne alter eorum ceteris fratribus inconſultis, & Normandis copiarum praefectis alteri bellum indiceret. Fuit haec pax Rogerio pernéceſſaria, quia plerique Normandi milites cum Boamundo magis, quam cum Rogerio militare cupiebant. Quae acta non tam ipſius pactionis commodo, quam ut veteranis, quos plurimi faciebat, gratificari videretur; quorum precibus ad eas pacis conditiones deſcenderat, quas ſua ſponte non accepiſſet. Interea Richardus Beneventanorum Dux, & Pandolphus Ludovici Principis Capuae filius, quos ſuperioribus annis deturbatos ſua poſſeſſione a Roberto, & fratribus, memoravimus, acciti a ſuis civibus alter Beneventum, alter Capuam recuperaverat. Non multo poſt Rogerius aegre ferens Boamundum fratrem tanto imperio auctum, Vrbanum Pontificem Melphin convocat, quem Henrico infeſtum ſcie-

ſciebat, occulteque cum eo tranſigit, ut Boamundo Italia pulſo, Provincias, quae Roberti patris in Italia fuerant, in feudum ſibi concederet; qui etſi anxius erat rebellione quarumdam civitatum, quae ab Rogerio patruo deſciverant, non tamen minori metu Boamundi praeſentia tenebatur. Itaque in animum induxerat non prius quam Boamundo congrederetur in Trinacriam transfretare, quo facilius, inſula ſibi pacta & Calabria, Boamundum a Tarento pelleret; ratus virum acrem, & bellis adſuetum, aut non ſervaturum pacis conditiones, aut in Graeciam ducturum. Quae res eum fefellit; nam ut primum Boamundus de Pontificis adventu certior factus eſt, & de eius cum Conrado Henrici filio concordia, Mathildiſque equitibus, quos in Campaniam deduxerat, eadem illa aeſtimans, quae contra Rogerium movebant, ſuis rebus optime conſulens ſtatuit ex Italia non diſcedere.

Anno gratiae MXC. Anſelmus Cantaurienſis Epiſcopus vitae ſanctitate, & litteris pollens, in Anglia claruit. Quo anno Roffredus Comes Patricenſis Hiſpaniam ingreſſus regnum, quod praedictis infidelibus ſubditum erat, ad Chriſti fidem reduxit. Annus peſtilens fuit, namque multi in Lotharingiae partibus ſacro igne conta-

ta-

tacti, mora conſumente, quaedam puſtulae livescentis carbonis inſtar in corporibus aegrotantium exoriebantur, quae aut illico perimebant, aut corroſis diſtortiſque membris, ſeu debilitatis, infectos relinquebant; Et corpus Sancti Clementis, qui fuit Petri diſcipulus, ab Apoſtolis Epiſcopi ordinati, inventum eſt. Albertus Comes diu contra Henrici partes invehitur ...... in Saxonia obtruncatur; & Henricus Imperator in Italiam rediit, & Mantuam obſedit, cepitque. Interim Philippus Franciae Rex Bertam conſortem ſuam ab ſe abdicavit, ea ut ferebatur cauſſa, quia nimia accenſus libidine Bertrandam Fulconi Andegavenſium Comiti nuptam abſtulerat, pluribuſque annis cum ea familiariſſime vixerat, quo tempore tres ex ea liberos ſuſceperat, Philippum, Florium, & Aldeodam, quae poſtea Comiti Tripolano nupta eſt: & Sullus nothus Rex Angliae obiit, cui ſucceſſit filius ille cognomento Ruffus, cuius fratres Robertus Rex Normandiae, & Henricus, qui poſtea Anglis imperavit; quorum ſoror Eliſabeth Stephano Bleſenſium Comiti deſponſavit, ex qua natus eſt Theobaldus, qui fuit Campaniae Comes.

Rogerius interea in Siciliam exercitum traiecerat Rogerio patruo opem

F latu-

aturus, qui Syracuſas primo ſuae ditionis effecit; deinde Alam Roberti Frixiae Regis duxit uxorem, ex qua poſtea Rogerium genuit, qui fuit primus Siciliae Rex. Pontifex, ut cruce ſignatos eo tempore in Aſiaticos armaret, in Gallias ubi ſe plurimum auxilii inventurum ſperabat, rediit; quae duae res praecipuam Boamundo occaſionem dedere contra Rogerium feſtinandi. Exiſtimabat enim illum Siciliae rebus intentum, diutius in Inſula moraturum. Igitur Melphiam ei furto ademit, ubi pacta inter illum, & Pontificem convęnta chirographo utriuſque manus, ſigilloque munita reperiit, quorum certior factus palam Rogerio bellum indixit. Rogerius interea, Agarenis expulſis, in mediterranea flexit, ubi apud Caſtrum in Hernicis, commiſſo praelio, victor effectus, ipſorum oppidum, & eos in deditionem accepit, quorum inſignis erat multitudo; tamen quum alio intenderet, Sicilia patruo commendata copias ſibi paravit, quibus quinque & viginti mille Agarenorum ex Sicilia conductos adiunxit, receptuſque in Calabria a Philippo & Henrico Ruffis, haud procul Stalacio copias expoſuit, cum quibus Treſthinen urbem mari propinquam diripuit. Sed ii in Roberti patris exercitu prius ordines duxerant, & ab eo benigne habiti aliqua

eo-

eorum oppida in Calabria illaeſa ſervaverant, quae ab Boamundo ſuperioribus annis direpta illos contra eum armaverant. Auxit praeterea multis copiis Salentinos, & Lucanorum partem, quorum auxilio fretus contra Boamundum imparatum invehit. Ipſi neceſſarium fuit Melphiae ſe continere, & quum ſuorum copias nondum coegiſſet, detrectare certamen, ſuoſque Venuſio & ex Apulia accitos expectare. Quo tempore Boamundus per legatos ſuos viros induſtres Richardum Beneventanorum Ducem, & Pandulphum olim Principis Campaniae filium, quondam patrios hoſtes, ſibi conciliat, quorum alter audita fratrum diſſenſione Capuam, ut ſupra meminimus, alter Beneventum, recuperaverat. Sed Pandulphus paulo poſt interiit, Iordano filio ſibi ſubſtituto, quo vita functo, Richardus filius illi eidem ſucceſſit. Iis igitur ſibi adiunctis, Melphia ducens in Falernos, profectus Oriam caſtra habuit Erat ea tempeſtate Rogerius apud Metapontum ut Tarentinos a ſe alienatos ex propinquo loco, quibuſcum commercium cum Metaponti ora, conciliaret. Sed certior factus de Boamundi profectione propere Orienſibus ſubvenit. Ingens eius multitudo ut primum patentibus campis ab exercitu Boamundi conſpicata eſt, tantus timor omnium men-

tes invaſit, ut ſui in fugam ſe converterint. Quos quum Boamundus nec precibus, nec imperio retinere poſſet, & ipſe eos ſequutus, non prius conſtitit, quam ad Salentum, unde Salentinus ager dictus eſt, pervenit. Vrbem a iuventute deſertam ex improvviſo adortus diripuit, quam poſtea cultores propinquo loco reaedificavere, ubi nunc Aquaviva dicitur. Deinde Venuſium magnis viribus rediit, ubi pluribus annis . . . . . . varia belli fortuna dirutum eſt. Ea ferme tempeſtate Belretus Turcarum Rex Europam invadens cum Graecis congreſſus, illiſque praelio ſuperatis, Imperium, & Imperatorem coepit, pauloque poſt XII. auri * redemptus eſt.

Iiſdem ferme temporibus menſe Aprilis Sigelgarda Roberti Guiſcardi olim uxor moritur, & Salerni ſepulta eſt.

Interea Pontifex, qui bellum contra barbaros intendebat ut Boamundum Rogerio conciliaret, ex Gallia reverſus Mantuam pervenit; ubi primum inducias inter eos fieri curavit, anno ſalutis MXCIII. maxime ex Boamundi voluntate, qui exiſtimabat tantam multitudinem armatorum a Rogerio fratre coactam eam provinciam tolerare non poſſe, & Rogerius item compertum habebat illam neceſſariam. Arpinus Bituriciae Comes Bituricam urbem vendidit

Phi-

Philippo Regi Francorum, ut cum cunctis ad tam felicem expeditionem proficiſceretur. Eodem anno adparuit magnus cometes tota prima Octobris hebdomada. Anno ſalutis MLXXXXVII. Veneti claſſem ducentarum navium Rhodum cum cruce ſignatis adpulere. In has Piſani quinquaginta triremibus invecti decem primo concurſu amiſere: quatuor mille Piſanorum tamen ob religionem recentis.... dimiſſi ſunt cum eorum triremibus, quae Smyrnam petentes Beati Nicolai Corpus Barum aſportavere.

Poſt Boamundi diſceſſum Rogerius, quem in Apulia ab eo relictum diximus, ad obſidionem Capuae profectus, quia Iordano eorum Principe defuncto, Richardum aegre ferebant; namque quum eſſet iuvenis adminiſtrationis & regiminis expers, erat adeo libidinis impatiens ut ab aliorum mulieribus non temperaret. Ob quae Rogerius, & ſi id in regno ſuo fieri iniquiori animo ferebat, tamen quod in pacificatione Boamundi promiſerat nil ex regni ſtatu ivnovare, poſt quadrageſimum diem urbe a civibus ſuſcepta, illam Richardo prius admonito reſtituit. Et Troia Apuliae urbs Auguſto menſe incendio ab incerto auctore exorto combuſta eſt, & nocte incipienti Lunae eclipſis viſa totum

ſui corporis ambitum in ſigno Aquarii cruentaſſe. Eodem anno Vrbanus Romae non fidens Salernum venit, ubi Rogerio, & eius filio Simoni, qui poſtea vivo patre deceſſit; ac etiam aliis ex ſe filiis naſcituris ſpeciali privilegio conceſſit . . . . . . & heredum ipſorum nullus Apoſtolicæ Sedis Legatus praeter eorum voluntatem ſtatueretur, ut verbis literarum utar, ob meritum pulſorum ex Sicilia *, occupaverant apud caſtrum Cumae, ut ex tenore literarum ipſius Pontificis adparet Salerni datarum 3. non. Iulii XI. ſui Pontificatus anno. Deinde concilium Bari coegit, in quo interfuere Epiſcopi centum ſeptuaginta quinque, multique Praelati amplis dignitatibus inſigniti. Aliud in Francia habuit, in quo Terrae Sanctae calamitatem longa oratione deflevit.

Interea Boamundus ſine copiis terreſtri itinere cum paucis per Epirum, quum reliquis cruce ſignatis exercitum omnem iunxiſſet, & maiorem Alexio Imperatori ſubſpicionem, quam antea de ſe conceperat, adferret, profectus eſt. Fuerat enim ſibi ſubſpectus ſuperiorum temporum cauſſa; ob quod ſerius Conſtantinopolim venerat, ubi ceteri cruce ſignati, qui per Vngariam terreſtri itinere profecti erant, iam convenerant, civitatem, quam diripuerant

ob

ob nonnullas ſuſpicionis cauſſas ſatis iuſtas, quas contra Graecos conceperant. Fuit haec urbis direptio cum ipſi Boamundo, tum etiam Gottofredo Bullioni, moerori, & ſupra modum moleſta, quam & ſi plerique iuſtam exiſtimabant, tamen comunicato conſilio cum totius illius expeditionis Ducibus, dant operam, ut milites urbe pellerentur, atque pro moenibus conſcendunt, ubi reliquum expectarent exercitum, qui ſexcentorum millium ex omni natione fuiſſe ferebatur. Deinde duodecim millia peditum in Aſia Alexio ſuadente expoſita, fraude Turcae decepti omnes deſiderati ſunt. Hos ut quidam ſcripſere Petrus Eremita in locis ignotis reliquerat a Turcis caedendos; & Arnaldus Alemannus denegata Chriſti fide ſe ſe & eos prodidit. Fuit id Alexio gratum, quo ceteri eo metu permoti ab tam felici expeditione deterrerentur. Deinde peiora prioribus.......... militibus, equitatus, qui longis itineribus, & praeliis aliquot Graecorum fatigatus eo pervenerat, navibus impoſitus, cum reliquis Nicaeam Bithyniae, & Aſiae, urbem invaſere anno milleſimo nonageſimo ſeptimo. Fuiſſe in exercitu Chriſtiano ad CCC. hominum millia a nonnullis fertur. (1) Qui mi-

(1) Sic ſcribit Villanius Cap. XXIII Lib. IV. Chri-

minus dugenta millia fuiſſe adfirmant . Dũque civitas ſumma vi a Chriſtianis oppugnatur ,

Chriſtianorum copias quae ultra mare contra barbaros tranſmiſere 200. millibus armatorum conſtitiſſe . Eius verba lubet hic adponere, quoniam quot quique fuerint Duces illi , qui ad tam felicem expeditionem ſe cruce ſignaverint , luculentiſſime demonſtrare videtur . Inquit igitur : *Negli anni di Criſto MLXXXIX. eſſendo Papa Vrbano ſecondo in Sedia Apoſtolica i Saracini di Soria preſero la Città di Ieruſalem , & uciſonvi molti Criſtiani , e molti ne menarono per iſchiavi . Per la qual coſa il detto Papa Vrbano fatto Concilio generale prima a Chiermonte in Alvernia , e poi al Torſo in Torena a ſommoſſa di Piero Eremita ſanta perſona , tornato lui di Ieruſalem colle dette novelle . Et in queſto tempo apparve in Cielo una Stella Comata , la quale ſecondo gli Aſtrologi ſignifica grandi coſe , e mutazioni di regni . E certo così ſeguitò poco tempo appreſſo , che per la preſura di Ieruſalem quaſi tutto il Ponente ſi commoſſe a prendere la Croce per andare al paſſaggio oltre mare ; innumerabile popolo di Criſtiani pedoni , e cavalieri in quantità di più di dugentomila vomin d' arme del Reame di Francia , d' Alamagna , di Proenza , di Spagna , di Lombardìa , e di Toſcana valicaro oltremare , et aſſai ve n' andaro della città di Firenze , e di Puglia molti , infra quali furono queſti Signori principali Gottifredi di Buglione Duca di Loreno . Queſti fu Capitano generale , e fu valentemente alla detta oſte , e fu prode uomo , e di gran ſenno , e valore : Fuvvi Vgo fratello del Re Filippo primo di Francia ; Baldovino , e Guiſtaffo fratelli del detto Gottifredi ; AnſelmoCon-*

te

tur, Teucri(1) noſtrorũ caſtra invadunt: primo ex eorũ incurſu noſtros terror occupavit. Novo enim cum hoſte concurrentes, nondum eorum militiae gnari formidabant. Clamor praeterea hoſtium, & ingens eorum multitudo, quum ſubito per caſtra adparuiſſet, effecit, ut oppugnatione urbis relicta, praeſidio his eſſent, qui ad cuſtodiam caſtrorum relicti, eorum acceſſu tenere caſtra prohibiti ad loca ſaltuoſa, & montana ſe receperunt. Fuit hoc primum cum barbaris praelium & non ſine noſtrorum ſanguine. Nam ad tercentum milites Germani, qui primi impetum barbarorum ſubſtinuerant, ea die in proelio cecidere. Die inſequenti relicto validiore praeſidio ad caſtro-

te di Ribuamonte, Ruberto Conte di Fiandra, Steffano Conte di Brois, Rinieri Conte di San Gilio, Buiamonte Conte di Puglia, e più altri Signori, e Baroni; e paſſaro per mare, ma i più per terra per la via di Goſtantinopoli con molto affanno, e prima preſero la Città d' Antiochia, e poi più altre in Soria, Ieruſalem, e tutte le Città e Caſtella della Terra Santa, e più battaglie hebbono co' Saracini, delle quali i Criſtiani benavventuroſamente hebbono vittoria, ed il detto Gottifredi fu Re di Ieruſalem, e per umiltà, perchè Ieſu Criſto vi ebbe corona di ſpine, non volle in ſuo capo corona d' oro. Mecattius.

(1) Teucros Turcas paſſim adpellant Scriptores Latini ſaeculi XV. ut vulgo in illius aevi Codicibus MSS. offendi, & in excuſis etiam. Lamius.

ſtrorum cuſtodiam urbs a noſtris oppugnari coepta. Eam cives aliquot diebus tolerantes, & ſi noſtros moenibus prohibebant, tamen veriti eorum urbis excidium, quod iam Conſtantinopolim immiſſi in loco civitati contiguo adparuere, poſt ſecundum & decimum diem, quam ibi conſeſſum eſt, deditionem fecere; iis legibus a noſtris recepti, ut relicta urbe cum omni eorum ſupellectili Conſtantinopolim tranſfretarent, quorum Imperatori ea urbs ex foedere data eſt. Poſt captam urbem noſtri bipartito exercitu, equitatus Gottofredo Guidoni Flandrenſi,& Boamundo peditatus datus eſt. Sed Boamundus primus ad flumen Farfar pervenit. Nec prius ab eo caſtra locantur, quam a Barbaris invaſus in maximum diſcrimen adductus eſt. Primo igitur propere Gottofredum de hoſtium incurſu per iuvenes quam maxime impigros certiorem fecit. Vnde ad inſtruendas ſuorum copias verſus, Guidoni, qui iam praelio intererat, ſubſidio fuit, & impetum hoſtium aliquantiſper ſubſtinuit. Magna erat hoſtium vis, & multitudo ingens. Iamque equitatus Barbarorum noſtrorum caſtra circumdederat, & noſtri in urbem pugnabant. Subveniunt his Duces, horumque intuitu,& interventu, paulum noſtrorum animi recreati ſunt. Verum quia

tan-

tantae multitudini eo in loco commode reſiſtere non poterant, in muri ambitus caſtra inter pugnandum nactus Boamundus ſuos deduxit. Et iam paene victores Barbari erant, ni Gottofredus periclitantibus ſubveniſſet. Sed id praelium noctis interventu diremtum eſt. Barbari in proximos montes ſe recepere, noſtri in ſuis caſtris conſedere. Caeſi ſunt ex Chriſtiano exercitu milites octo, & triginta, & ex Barbarorum equitatu tercenti ferme cecidere. Sunt qui dicant hoc primum cum Barbaris praelium fuiſſe, quod falſum eſt.

Inſequenti die caſtris inde amotis in Lycaoniam ad Heracliam pervenerunt, quae a Turcis deſerta noſtrorum incurſu diripitur. Erat enim Iulius menſis, & plurimum frumenti in agris, & in urbe pecus, repertum noſtris praeſidio fuit. Triduo eo in loco caſtra habita; inde Tarſum, & Edeſſam Mamiſtramque urbes occupavere. Tarſum Baldovinus ſuſcepit, & ei a noſtris Ducibus donata eſt. In qua ſaucii relicti ſunt, & qui ex itinere languidi, aut debiliores, facti erant, & praeſidium in ea impoſitum.

Diviſo inde exercitu cum maioribus caſtris a ſuis militibus Ciliciam iter adripuere, quae nunc minor Armenia dicitur. Primo impetu Laodocea urbs capta, & Palmuo cuidam Armeno, qui cum Boamundo-

do militaverat, dono data eſt. Quibus rebus proſpere geſtis in Cappadociam delati Caeſaream urbem a civibus ſuſcipiunt. Quinque diebus eo in loco moratum ad commeatus praeparandos, in quibus etiam ne quieti quidem noſtri fuere, ſed circum finitima loca verſi, nullis reſiſtentibus, Ruſſam, & nonnulla ignobilia illius Provinciae oppida, occupavere. Inde ad muros Sperini pervenientes oppidum accepere. Deinde certiores facti, Turcas apud Antiochiam conveniſſe, eo profecturi ad Pontem ferreum (ſic incolae illum adpellant) devenere, capiuntque magnam agreſtium manum commeatus Antiochiam deferentium. Ubi quum ingens hoſtium multitudo adparuiſſet, noſtros ex itinere fatigatos invaſerunt. A noſtris arte decepti, fugatique ſunt, & ad Sera uſque repulſi, quae olim ut quidam volunt Simor adpellabatur.

Per ea tempora in Gallia, & in Germania ingens peſtilentia facta eſt, & fames valida. Et in Italia propter Henrici in Alemanias diſceſſum, omnes qui prius ad ſe redierant, hoſtium metu permoti, ab eo defecerunt. Pauliſper tamen a bellis deinde in Italia ceſſatum, pleriſque ad expeditionem Aſiaticam intendentibus.

Itum deinde in conſpectum Antiochiae

ab

ab omni noſtrûm exercitu eſt. Duplici muro Antiochia cingitur. Eam quattercentum ſexaginta turres lapide quadrato recte muniunt: quatuor in urbe colles moenibus includuntur. Ab latere vero Orientis arx natura munita inexpugnabilem adeuntibus aditum facit. Praeterea urbs aedificiis ſatis ornata, ager fontibus, & fluminibus fertilis, abundanſque ſalubri aere, duodecim millia paſſuum a mari remota, Farfare fluvio portum efficiente, qui quidem & factus eſt. A latere vero Septentrionis murus urbi propinquus ſatis ingens aquarum abundantia Graeco vocabulo nomen accepit Montagnanero. Nero enim Graece aqua dicitur (1). Ab Oriente item regio campeſtris late patens, quam Farfar fluvius irrigat: in qua urbe, ut ſacrae literae teſtantur, primo baptizati ſunt Chriſtiani (2); quae ſub Chriſtiano imperio floruit multis annis, ſub cuius Patriarcha fuere centum quinquaginta tres Epiſcopi. Ea prima Apoſtoli ſedes fuit, in qua tercentae ſexaginta ſex Eccleſiae Deo dicatae ſunt. Duodecimo Kal. Novembris anno ſa-

(1) Aqua Graece *Hydor* ὕδωρ dicitur; quare vel locus corruptiſſimus eſt; vel ineptit *Bonincontrius*. Lam.

(2) Non primo baptiſſati Antiochiae Chriſtiani fuerunt; ſed primo Chriſtiani adpellati. Conſule *Acta Apoſtol.* Lamius.

ſalutis ſeptimo & nonageſimo ſupra milleſimum Antiochiae prima noſtrorum caſtra fuere. Necdum etiam eo in loco vindemiae factae erant, & magna vis frumenti in foveis ex induſtria factis, reperta eſt: & quum ſuperioribus annis manus ingens olim Chriſtianorum Ieroſolyma pulſi vicina loca incolerent, eſſentque Barbaris infidi, occaſione data noſtris praeſidio erant. Ea urbs etſi a noſtris omni tormentorum genere expugnabatur, tamen firmitate murorum nihil proficiebant. Igitur inſtaurata obſidione ab his, qui cum Venetorum claſſe, de qua ſupra diximus, venerant, duplici fovea caſtra muniere, quo firmiores, tutioreſque, eſſent ab hoſtium incurſu, quorũ equitatum plurimum poſſe iam ante cognoverant. Interea pabulatores, qui lignatum, frumentatumque iverant, quum pluribus id diebus feciſſent modico praeſidio, re ab hoſtibus animadverſa, a Barbaris capta annona, penuriam in caſtris fecere. Caſtellum erat nomine Aret mille paſſuum ab Antiochia diſtans, ubi ab hoſtibus pabulatores exercitus invadebantur. In hos Boamundus noctu profectus cum delectis equitibus in inſidiis conſedit. Quumque pabulatores Chriſtiani, uti ſuperioribus fecerant diebus, palantes vagarentur, hoſtes invadunt, & quum longius a caſtello progreſſi

no-

noſtros fugientes, ut illis praeceptum fuerat, incautius inſequerentur, Boamundus a tergo adgreditur; omnes ad unum capti in Antiochenorum conſpectu ultimo adfecti ſupplicio, & ipſorum capita in urbem proiecta, obſeſſis metum, atque terrorem incuſſere. Nec tamen propterea annonae neceſſitati ſubventum eſt. Ob quod ſeditione in caſtris exorta ab iis, quorum venter Deus erat, ut ita dixerim, & qui magno clamore obſidionem ſolvendam ſuadebant, nonnulli relictis caſtris ad proximum mare, & naves, fugerunt. Ceteri in concionem a Boamundo advocati, confirmati ſunt. Deinde a Damaſco magna vis frumenti adlata eſt. Et auxit coram fortuna noſtrorum animos. Frumentum enim a noſtris interceptum. Nam quum mille hoſtium cum ſubſidio mille camelorum Antiochiam venirent, a noſtris adorti, amiſſis camelis cum frumento, quod deferebant, magna ipſorum clade fugati ſunt; noſtri frumento potiti in caſtra detulere. Interea Tancredus Boamundi frater Gulielmum Regis Franciae fratrem, & Petrum Eremitam cum ipſorum cohortibus inſequutus eſt; qui ſuperioribus diebus deſertores exercitus facti ob frumenti inopiam deceſſerant. Capti omnes a Tancredo, & in caſtra reducti. Et Antiocheni eruptione fa-

facta multos ex noſtris occidere; et tandem a Boamundo Gottofredoque in urbem compulſi ſunt, paucis que ſuorum amiſſis aliquot diebus quievere.

Eo tempore ingentes Turcarum copiae ad Aret convenere; cum quibus a noſtris concurſum. Commiſſo praelio Boamundi equitatus opera noſtri victores, fugientesque inſequuti ingenti praeda potiti ſunt. Non tamen ob haec proſpere geſta fames omnino in caſtris ſoluta, quamquam liberius pulſis hoſtibus eis iter apertum, a quibus frumenta ſubvehebantur; etſi ab equitibus Soldani, qui Antiochiae praeſidio erant, interdum opprimerentur. Id Gottofredus animadvertens duo propugnacula pro portis unde invadebant, fieri curabat. Quumque deeſſet ad ea erigenda materies, neque etiam reperiri poterat; quippe quod diuturna obſidione omnia conſumta erant. Boamundus parte ſuorum ad mare deſcendit, illamque deferens, ab hoſtibus invaſus ipſe loco paulo editiori ſe recepit. Ei tamen niſi a Gottofredo propere fuiſſet ſubventum, nequaquam cladem Boemundus effugiſſet. Fugati ſunt Antiocheni magno eorum damno; nam eo in praelio Amuſit filius Regis Babyloniae cecidit, qui equitibus Soldani Praefectus erat. Qua iniuria commoti cives magna eru-

eruptione in caſtris facta, ancipiti marte tribus ferme horis cum noſtris pugnavere. Sed tamdem in fugam verſi 7000. ex iis capti, & mille occiſi, feruntur. Mille autem & quingenti ex noſtris eo die in praelio cecidere. Demum propugnacula duo erecta. Ex quibus erumpendi hoſtibus in caſtra difficilior aditus, redituſque, factus eſt. Paulloque poſt Caſſianus urbis praefectus cum ſuperiori clade, tum etiam propugnaculorum erectione, commotus animo concidit, & inducias petivit, per quod tempus illi in caſtris, noſtri in urbe, degebant. Hac occaſione data Pinthus Antiochenus civis, comunicato cum Boamundo conſilio, Chriſtianos ſuorum civium conſenſu in urbem intromiſit. Capta urbs in praeſidio tantum Agarenorum datur; civibus fides ſervata eſt. Caſſianus ut ſe proditum vidit, & in arcem confugere non poſſe, itinere ſibi a civibus, quod ipſi praecipue curaverant, interrupto, porta egreſſus, quum in proximos montes ſe recepiſſet, ab Armenis trucidatur. Ceteri, qui cum eo perfugerant, ad Aret properantes, eodem impetu captae urbis a noſtris inſequuti, in perſequentes verſi, commiſſo praelio, quum a praeſidio Aret illis ſubveniretur, noſtros in fugam verterunt. Boamundus tribus vulneribus ſauciatus eſt, & pluribus ex ſuis

 amiſ-

amiſſis, beneficio pedum Antiochiam ſe recepit. Fuit id maximum documentum non omnino victoriae ſe committere, fugienteſque hoſtes in deſperationem adducere, ut, neceſſitate illis propoſita, ſe quoquomodo, vitamque tueantur. Eodem anno Cometes in occidentali plaga viſus, & Ciſtercienſis Religio coepta, & primum eius coenobium fundatum eſt.

Anno ſalutis octavo & nonageſimo ſupra milleſimum Fenſadolus Caſſiani filius, & Corban Praefectus copiarum Regis Perſarum, cum ingenti exercitu Antiochenis opem laturi adventabant, ignorantes civitatem a noſtris captam fuiſſe, habuerantque caſtra ad Pontem ferreum, ubi certiores facti de urbis caſu, arcē munire conati ſunt. Igitur per eam in urbem vadentes, praelium cum Chriſtianis commiſſum eſt amagna utrorumque caede; quum inter edificia barbari equites anguſtiis viarum impediti minus poſſent; & peditatus Galli milites, minus hoſtem feriere adſueti, Agarenos interimerent; quum illi nihil proficere viderent, per arcem ex urbe egreſſi caſtrametati ſunt. Placuit noſtris praelium cum his differre, quoad Boamundus, & ceteri, qui adſiduis praeliis ſauciati fuerant, firmiores facti eſſent. Quae res & ſi noſtris plurimum profuerat, non tamen annonae neceſ-

ceſſitatem relevaverat; nam Armeni a Fenſadolo prohibiti ex Syria frumenta deferre prohibebantur. Accedebant ad haec noſtrorum incommoda, quia quum naves, quae ab Alexio Imperatore immittebantur, cum frumentis Philomeam adpuliſſent, Stephanus unus ex deſertoribus exercitus, qui a Tancredo retineri, capique, non potuit, nuntiaverat Praefecto navium exercitum Chriſtianum a barbaris interceptum oppreſſum fuiſſe, & ad unum omnes periiſſe. Qua re intellecta naves Conſtantinopolim rediere. Per id tempus Fenſadolus, quo facilius commeatus a Syris immiſſi Antiochenis inhiberi poſſent, in proximos urbi colles, unde ad Syriam profectio erat, concedit. Noſtri hac tanta neceſſitate compulſi, fortunam pugnae tentaverunt; quod aliter fames ſolvi, aut tolerari non poterat, utut hoſtium victores fuiſſent. Reperta fuerat in Antiochia lancea, qua ſervator noſter Chriſtus Ieſus confixus fuerat. Cuius Religione Chriſtiani omnes commoti, quia eam deferens ſuper carbones ardentiſſimos nudis pedibus ambulans nihil nocumenti perſenſerat: hoc miraculo omnes permoti illam vexilli loco extulerunt; & magna fiducia porta egreſſi cum precatione Praelatorum mulierum-

que barbaros adoriuntur. Conatus eſt Corban, cuius caſtra noſtri prius invaſerant, detrectare certamen: ſed datus fuit noſtris fidei ardor, & ſpes rei bene gerendae, ut prius Corban caſtris exierit, fugatuſque ſit, quam a Fenſadolo ſubventum eſſet. Noſtri eodem impetu verſus caſtra converſi, quum illum acrius reſiſtentem, ſuoſque quoque cohortantem pertinacius, vidiſſent, commiſſo cum iis praelio, illos obtruncant, capiunt, fugantque; & potiti hoſtium caſtris cum ingenti praeda Antiochiam rediere. Quo tempore Hugo magnus aeſtu praelii fatigatus in aegritudinem incidit, & Conſtantinopolim delatus interiit;& Epiſcopus Podienſis in caſtris moritur. Poſt haec barbari arce Antiochena incluſi, quum vidiſſent ſuorum fugã, ſubſidiique ſpem omnem, eſſe ſublatam, deditionem faciunt. Iamque in his menſibus incaleſcebat, & noſtri Ieroſolymam intendebant, at quia ea civitas regioque aquarum penuria laborabat, conſilia noſtrorum pervertit. Nam erant qui in Octobrem menſem iter differendum rebantur. Placuit tamen inde avelli, & longius ad Antiochiam caſtra habere, & illam prius munire frumentis, quam Ieroſolymam peterent; datumque id negotii Raymundo Comiti Sancti Aegidii, qui populans barbarorum agros, & Antiochiam frumen-

menta devehens, annonae faceret abundantiam.

Interea Boamundus ex foedere inito prius cum Gottofredo, quam Italia decederet, Antiochiam ſibi expoſcit. Id Raymundus negabat, adſerens Imperatori Graecorum item ex foedere dandam eſſe. Quumque inter Duces diſſenſio ob eam rem orta eſſet, omnium adſenſu commiſſa eſt huiuſmodi cognitio Sacerdotibus Antiochenis, & in eos arbitrium dirimendae litis veteri more datum, qui Boamundum delegerunt. Quam ipſe mox a ceteris ducibus ſuſcepit. Atteſtatur tamen Raymundus ſe perfidiae non teneri, & pluribus poſtea rebus indignatus ob eam rem domi ſuae ſe privatum continuit.

Die Kalendarum Septembris omnis exercitus motus, & biduo Albariam pervenere, quam multa noſtrorum caede tandem expugnaverunt. Interemti fame omnes ipſius cives, niſi qui a Boamundo ſervati fuere. Ex quo iterum orta diſcordia inter Boamundum, & Raymundum eſt. Quae quum a ceteris Ducibus ſervari non poſſet, Boamundus Antiochiam rediit. Sed eius exercitus Albariae manſit in eius loci praeſidium, ubi noſtri iterum fame compulſi in eam neceſſitatem devenere, ut eſſent qui hoſtium cadaveribus ve-

ſcerentur, & ob eam neceſſitatem Epiſcopus Archimenſis interiit(1), & Anſelmus Comes de Ribomonte praelians cecidit apud Argas loco haud procul Ieroſolyma remoto.

Initio anni inſequentis Gottofredus exiſtimans in rem omnium eſſe virum belliсoſiſſimum cum ceteris Ieroſolymam proficiſci, Antiochiam ad Boamundum venit, ſi forte ſua praeſentia virum conciliare poſſet; quem adeo obſtinatum invenit, ut re infecta ad exercitum redierit. Raymundus cum ſuis ob eamdem commeatus neceſſitatem relicto ceterorum exercitu Caeſaream Cappadociae urbem petivit, cuius Rex ex veteri amicitia frumenta ſibi, & ſuis, obtulit. Quibus acceptis Caphalliam a ſuis deſertam civibus occupavit, ubi pecora, & magna vis frumenti, reperta ſunt. Initio veris Raymundus Cameliae caſtra habuit, cuius Rex Arontes baptizatus eſt Chriſti nomine invocato, noſtroſque auro, & commeatu, plurimum iuvit. Fit item ab Tep-

(1) Quam Albariam *Bonincontrius* noſter cum aliis Scriptoribus vocat, Albarem dicit *Accoltus*; Albaram vero parvo diſcrimine *Vilhelm. Tyrius cap. VIII.* qui eam in Apamienſi provincia ſitam dicit, duorum dierum itinere Antiochia diſtantem; a quo non diſſentit *Baldricus Lib. III.* Eam divitiis opulentiſſimam vocat *Albertus cap. XXVI.* Lamius.

Tepne Rege Tripolis deditio, qui quum ad Chriſti fidem converti recuſaret, Raymundus ſpreta eius deditione, illi bellum indixit. Inde progreſſi Tortoſam caſtris munitis conſedere. Interea Gottofredus, Boamundus, & Comes Flandrenſis, Ieroſolymam ex Lycia properabant, ſed ut relatum eſt Boamundo, Raymundum cum ceteris coniunctum, ſeditionem metuens, relictis ceteris Ducibus, Antiochiam rediit. Ceteri iter inceptum ſuſcepere, in quo Gibellius Rex ad eos confugiens, benigne ab eis receptus, eorum itineris ſocius factus eſt. Gottofredus, cui Boamundus ſuos commendarat, praecepit Normandis, ut Raymundo Tortoſam obſidenti ſubveniant, & quum tribus menſibus, & una die civitas capi non potuiſſet, ſoluta obſidione Tripolim venere; cuius Rex Taon cum noſtris pactus eſt, ut ſi contingeret Ieroſolymam a noſtris capi, Chriſtianus fieret: interea cruce ſignatis auxilia, & commeatus, praeſtaret. Nonum poſt diem ad Caphalas oppidum ventum eſt, & decimo Caeſaream Palaeſtinae ſex millibus paſſuum a Romula profectis Ieroſolyma in conſpectu adparuit. Magno omnium clamore ſublato, Ieſu nomen invocatum eſt, & proni omnes in terram concidere. Deinde cum ingenti gaudio intendentes ſitum urbis magis

gis quam iter conſpiciebant, quia ea in monte ſita laetum adſpicientibus ſui proſpectum faciebat; at quamquam montibus circumdata, fluminibus tamen, & fontibus, regio caret, nec eſt niſi Siloe amnis, qui ab iis montibus exoriatur, quo aquari exercitus poſſet. Imminutus erat Chriſtianus exercitus, ita ut non amplius XXX. millia peditum ex omni genere, & V. millia equitum, ſuperfuerint ex cuncta multitudine. Cura magna Ieroſolyma obſideri coepta fuit. Poſtquam a Chriſtianis eo ventum eſt, quadripartita caſtra locavere. Variis per aliquot dies certaminibus concurſum. Tandem quum tempus oppugnandae urbis viſum eſſet, quadripartiti urbem adgreſſi. Gottofredus cum fratribus primus omnium moenia adſcendit ab ea muri parte, quae ſibi forte evenerat, Baldovinumque in urbem deſcendere iuſſit, qui commiſſo praelio inter aedificia cum barbaris, per hoſtium turmas inrumpens ad portam pervenit, quam magna vi diſrupit, & Cruceſignatos intromiſit. Raymundus arcis expugnationi oppoſitus, nondum moenia adſcenderat, quum Gottofredus, & ipſe fratrem ſequutus, omnes reſiſtentes interficiebat, illoſque fugientes ad Salomonis uſque templum inſequutus eſt. Quo in loco caedes utrorumque ingens commiſſa,

miſſa. Sed id praelium noctis interventu diremtum eſt. Prima luce templi oppugnatio coepta, & quum noſtri maioribus animis adverterentur, a civibus deditio facta eſt; & ſic ab oppugnatione ceſſatum idibus Iulii, trigeſima die poſtquam obſideri coepta erat. Urbs capta eſt anno ſalutis MIC. nonageſimo, & quadringenteſimo anno quam a barbaris Heraclii temporibus capta fuerat.

Poſt captam Ieroſolymam, urbs per quinque dies cadaveribus purgata eſt, & ad Sanctuaria itum magnis omnium ſolemnitatibus, ſed maiori fide, ac ſupplicationibus Sacerdotum, turba Chriſtianorum ſubſequente, & ad eorum poſtulationes, precationeſque, reſpondente, ita ut religione plerique commoti a lacrimis non temperarent. His peractis Gottoffredus Rex Ieroſolymitanus declaratur, quamquam ille renuerit, adfirmans nolle ſumere in urbe coronam auream, eamque deferre, in qua Chriſtus Ieſus ſpineam detulit; & Arnulphus quidam Alemannus vir ſanctitate vitae celeberrimus eius loci Patriarcha ab iis, qui aderant conſecratus; multique ex Chriſtianis poſt captam urbem in Gallias, & Germanias, rediere; Legatique Neapolitani ex Aſsyria, ut primum captam Ieroſolymam viderunt, ſe & ſuos

Got-

Gottofredo commendantes, in eorum civitatem rediere.

Non multo poſt Solimanus Dux exercitus Soldani Babyloniae quatuor & viginti millibus paſſuum procul a Ieroſolyma ſuos habebat. Proficiſcitur eo Gottofredus & explorabundus omnia didicit a captivis; conveniſſe eodem Clementem principem militiae, claſſemque inſtructam a Solimano immiſſam, ut omni Aſia Crucefignatos prohiberet. Commiſſa cum iis pugna, quum Gottofredus non amplius X. mille equitum & peditum haberet, tamen vario eventu pluribus horis pugnatum. Tamdem Gottofredus ſuos cohortatus, ingreſſus & ipſe praelium, quum Deus plebis ſuae miſertus eſſet, praeſidio illis fuit, & hoſtes in fugam convertit. Centum millia ea in pugna hoſtium caeſa fuerunt. Clemens equo invectus pedum beneficio aliquantiſper in Apuliam quietum ſe recepit. Nam Boamundus a Pannonibus in Regem electus, quum eo ſe contuliſſet, ab iiſdem confoſſus interiit, annum agens aetatis ſexageſimum ſextum. Praefuit parti Graeciae annis XXV. & menſibus VI. Eius buſtum in Apuliam a muliere Conſtantia Canuſium delatum eſt, in aede Sancti Sabini marmoreo monumento impoſitum, cuius in clauſtro res ab eo geſtae aereis portis ſculptae

uſque

uſque ad noſtra tempora remanſere. Sunt nonnulli, qui adſerunt Boamundum non hoc anno, ſed quinto poſt, in Apulia vita functum, nec illum ab Hungaris interfectum velint.

(1) Henricus Quintus Henrici Quarti Imperatoris filius, ſive quod aſperitatem patris ferre non poſſet, ſive dominandi ſtudio permotus, Leodii in carcerem patrem detruſit, in quo illum mori fecit; deinde Imperatorem Romanum ſe dixit, opes paternas ſubſcepit, exercitumque omnem; cum quo pleriſque finitimis populis formidabilis factus animum ad maiora erexit. Imperium autem annis XX. gubernavit. Ceterum Boamundus infans, quem ex uxore Conſtantia ſubſceperat, patri in hereditate ſucceſſit, praeter quam in Tarenti principatu, quem Tancredus frater obtinebat, cuius adhuc principatus eſt. Tancredus teſtatoris ex ſorore nepos curam Principatus Antiocheni ſubſcepit.

Quo item anno Alexius Imperator ex foe-

(1) Villanius dicit Henricum tertium ab Henrico quarto filio ſuo in carcerem detruſum fuiſſe. Nam Henricus III. eſt Rex IV. & Imperator III. atque ita deinceps, etiam ad *Chronicon Imperatorum Leonis Vrbevetani* animadverſum fuit *Tomo III.* harum *Deliciarum*. Mecattius.

foedere prius habito commeatus cruceſignatis transferri curavit. Quo freti qui in Aſia erant ſub Balduino Rege Acrim maritimam Phoeniciae urbem, quae inter Libanum, & Sidonem ſita eſt, Syriae metropolim, poſt duorum menſium obſidionem expugnant, & in cunctos ſaevitum; deductaque eſt Chriſtianorum colonia, quia loco opportuno, & agro ſatis fertili, ſita erat. Quo item anno Sidon poſt longam obſidionem a noſtris capta eſt. In porta Sidonis aedicula eſt, ubi Chriſtus Ieſus adlocutus eſt Chananaeam, & filiam eius ſanavit.

Anno MCVIII. Philippus Francorum Rex interiit, cui Ludovicus filius ſucceſſit. Quo item anno Guiſcardus Rogerii frater, & Roberti Guiſcardi filius, obiit nullo ex ſe filio ſuperſtite. Et Tancredus apud Antiochiam claſſem Soldani expugnavit, & eorum ſpolia Antiochiam detulit.

Iiſdem temporibus Henricus Quintus rebus in Germania compoſitis Italiam petivit contra Pontificem moturus, quem ſibi infenſum ſciebat ob Epiſcopatuum reſignationes, & conceſſiones, quas eo in requiſito faciebat. Nec prius conſtitit, Romam properans, quam Sutrium pervenit, unde Oratoribus ad Pontificem miſſis auream coro-

nam

nam impetrat ſibi imponi, dummodo a paratis abſtineat, delatumque in fidem praemiſſorum Henrico iuſiurandum. Quibus peractis, poſtquam Romam pervenit, & in aedem Petri Apoſtoli intromiſſus eſt, Pontificem cum Patribus cepit. Indignati propter rei foeditatem Romani quotquot Alemannos urbe ſuſceperant eiiciunt. Ii Imperatori ſe iungunt, & per Pontem Milvium exercitu traducto ad Anienem caſtra locant. Moxque ad Pontem Lucanum perrexit, quo facilius a Tiburtinis commeatus ſubſciperet. Inde crebris excurſionibus omnia ferro, & igne, vaſtabat. Pontifex miſericordia Romanorum commotus* occupatis ab Henrico prius portis templi, & locis editioribus urbis; qui a Paſchale coronatus eſt; conceſſumque ſibi per Pontificem, ſi Patres vinculis ſolveret, ut tantum Germaniae Epiſcopatus concedendi arbitrium haberet. Ita Patres ab eo relaxati ſunt; cautumque etiam ex foedere, numquid (1) ab eo ex prius paratis Paſchalis * quamquam ullo unquam tempore cognoſceret, aut a Patrum Collegio diſſentiret. Sunt qui dicant duobus poſt annis a Pontifice coronatū, & non praeſenti anno, quod magis placet. Hoc equidem dubium efficit ſecunda eius coronatio, quae Pontifice invito

(1) Heic nonnulla deeſſe videntur.

vito poſt duos annos ſequuta eſt. Quo tempore ſanguis in Aemilia, & agro Flaminio, Idibus Iulii pluit; & Henricus Lotharingiae Dux, qui Henricum contra Patrem armaverat, ad Patrem rediens partes filii debellaverat. Henrico Imperatore vita functo, tamquam maieſtatis reum ſe Henrico eius filio dedit, a quo in carcerem coniectus eſt, & eius Comitatus datus Gottofredo Lovanenſium Comiti. Sed Henricus hic carcere effracto aufugit, & Aquiſgranis contra Gottofredum irruit. Victor Gottofredus fuit, & Henricus cum filiis fuga ſibi conſuluit. Henricus Rex Angliae qui fratrem ſuum Robertum in carcerem truſerat, Normandiam ſibi ſubiecit, & nihil fidum fratri relinquens, eum ſuae ditioni ſubiecerat. Quo anno in Gallia apud Longinum porca aſellum enixa capite humano, & pullus gallinae quadrupes natus eſt. Anno MCX. Cometes Iulio menſe in Septemtrione adparuit tota nocte. Quo tempore Henricus iam Romam regreſsus Novariam urbem in Lombardia depopulari fecit, & arcem incendit. Poſtremo Mathildam filiam Henrici Regis Angliae in matrimonium ſibi copulavit. Qua adfinitate Rex animis auctus bellum Ludovico Regi Franciae indixit. Quo anno quidam volunt Boamundum Tarenti Principem Tan-

cre-

credum fratrem filio tutorem dediſſe. Et Pratenſes a Florentinis rebellarunt, qui paucis antea annis ſedibus eorum relictis ex Piſtorienſi agro deſcenderant, & parvum oppidum aedificaverant. Ii a Florentinis ſuperati amplioribus moenibus aucti a nomine campi, in quo maiorem oppidi partem aedificavere, Pratum adpellaverunt.

Inſequenti anno Rogerius Dux Apuliae, Salerni Februario menſe morbo correptus, interiit, & ibi ſepultus eſt. Cui Guillelmus filius ſucceſſit; qui paullo poſt a Pontifice, quum Ceperani eſſet, Ducatum Apuliae, & Calabriae, ligio dato, ſubſcepit. Cuius favore Pontifex fretus Candulphum Archiepiſcopum Beneventanum haereſis inſimulatum depoſuit, & poſt paucos annos ſuae dignitati reſtituit.

(1) Anno MCXIII. Florentini opibus au-

(1) Sic habet Villanius cap. XXVIII. lib. IV. Negli anni di Criſto 1113. i Fiorentini feciono oſte a Monte Caſcioli, che facea guerra alla città di Firenze, e avealo rubellato Meſſer Rimberto Tedeſco Vicario dello Imperadore Arrigo in Toſcana, e ſtava con ſue maſnade Tedeſche in San Miniato del Tedeſco; e però è ſopranomato del Tedeſco, perchè i Vicari degli Imperadori che erano in Toſcana facevano ivi loro riſedſo con loro maſnade per far guerra alle cittadi, e caſtella di Toſcana, che non ubbidiſſero a loro comandamenti, il quale Meſſer Rimberto Tedeſco dai Fiorentini fu ſconfitto, e morto, & il detto caſtello preſo, e diſfatto. *Mecattius*.

aucti Montem Calvolum obſedere. Quibus quum Robertus Alemannus praefectus Miniatenſium ab Henrico illi Provinciae ſubſtitutus, & ceteris in Etruria, ad quem ſuo nomine provocarent, cum Germanorum cohortibus tribus (1) ſubveniret obſeſſis, a Florentinis in fugam verſus, ſaucius in Miniate Oppido vitam finivit. Quod oppidum ideo ab Teutonicis nomen accepit, quod ibi Otho Imperator conſederat, & in eo Imperatorum Praefecti Iudices adpellationum, ad quos cauſae Etruſcorum deferebantur, moram trahebant. Horum primus ab Othone II. illi Provinciae Stephanus praefectus fuit, a quo Cei Bonincontri filio, gentiles mei originem habuere (2) Ceterum Florentini poſt eam victoriam Calvolo potiti ſunt. Et Robertus Flandriae Comes, qui in expeditione Ieroſolymitana clarus fuit, moritur, cui Baldovinus filius ſucceſſit.

(1) Quatuor habet in *Annalibus*. Lamius.

(2) Quum quaedam haeic conrupta, & confuſa ſint, ea heic ex *Annalibus* emendatiora producimus. *Id oppidum* (hoc eſt S. Miniatis) *ab Othone I. conditum, in quo Alamannum quemdam Arnulphum inſtituit Adpellationum Tuſciae iudicem, ideo etiamnum nomen ſervat* al Todeſco, *ad quem adpellationes deferebantur. Huic Alamanno Stephanus alter ſucceſſit. Is fuit Cei Bonincontrii filius, a quo gentiles mei originem habuere*, Lamius.

ſit. Eo anno Tancredus Tarenti Princeps moritur, ſibique Rogerium Siciliae Comitem heredem inſtituit.

In ſequenti anno terraemotus validi per omnem ferme Aſiam exorti in Syria Provincia plurimas urbes, caſtellaque, cum ipſorum cultoribus abſorbuerunt, in quibus Mawiſtra, & Mamis, & Antiochiae pars, fuere; & Ravennae cruor de coelo manavit, & Rex Franciae adeo bellis oppreſſus, ut vix Pariſio egredi auderet; & puer ſuper altare viſus eſt in Dolenſi Coenobio, ſacerdote hoſtiam conſecrante; & Anſelmus litterarum ſcientia clarus, qui ſuper Pſalterium ſcripſit, mortuus eſt; & Iunio menſe vii idus nubes é coelo deſcendens Leodii partem attrivit, duoſque miſerae matris infantes, & octo homines, necavit; ſubſequuta deinde gravis hominum valetudo, & cum dolore profluvium ventris mortalitaſque; & Gilbertus temporum ſcriptor vita exceſſit. Quo item anno Florentiae ignis male ſervatus partem urbis incendit; & Piſani claſſe inſtructa cum Barbaris bellum in Sardinia geſſere, treſque & viginti triremes eorum, quae inſulam paene depopulatae erant, cum ipſis hominibus cepere. Nicolaus ex filiis Vrſae Soanae comes Groſsentanis bellum indixerat, eorumque agrum crebris incurſioni-

bus infeſtando paene depopulatus erat.

Anno decimoquinto & centeſimo ſalutis ſupra milleſimum menſe Aprilis Guillielmi mater mortua eſt * menſe Auguſto, quo Guillielmus Dux ceperat uxorem Saltagermam filiam Comitis Roberti de Agrola; & Veneti in Dalmatia Sibimicum capiunt. Per aliquos deinde annos in Etruria belligeratum eſt. Piſtorienſes cum Lucenſibus, Florentini cum Piſtorienſibus; & Senenſes item diſſenſionibus ſuorum nobilium agitati Malacca . . . . ac eorum nobiles exegere; & Lucenſes in Piſanum agrum populabundi deſcenderant, qui ſuperioribus diebus claſſe in Sardiniam (1) . . . & copiis imminuti a Lucenſibus plura damna ſuſcepere. In Aſia vero Baldovinus Rex Ieruſalem una cum Rogerio Antiochiae Principe contra Turcas invecti, in inſidias ab iis adlecti, fugati ſunt, & MD. Chriſtiani a Barbaris caeſi ſunt. Ludovicus Galliae Rex Gornai oppidum obſedit, in quo Vgo de Pompona obſidebatur; cui Guido Rubeus auxilio fuit, & Nobaldus Campaniae comes, quos Rex fugavit a caſtello, quod in deditionem accepit. Vgo aufugit per intermiſſas hoſtium muniniones. Inde cum Anglis vario eventu ſaepe pugnatum eſt. Ea tempeſtate Piſani

(1) Forte *miſſa*. Lamius.

ni Baleares Inſulas occupavere, quibus intenti, quia ingens multitudo videbatur, neque baptizari ſe petebant, impoſiti omnes triremibus, ad Vadam primum agri Piſani oppidum expoſiti, Volaterras poſtea migravere. Ob hanc Piſanorum expeditionem Lucenſes, de quibus ſupra diximus, adverſus Piſas iuventute vacuas invadunt. Ii a Florentinis egregie defenſi, quum nihil ibi proficerent, & claſſem tanta victoria potitam intelligerent adventare, Lucam rediere. Eius beneficii memor populus Piſanus duas ex Porfido columnas, quas ex Maiorica Inſula in victoriae ſignum abſportarunt, Florentinis dono dederunt. Quae ad aedem Ioannis Baptiſtae erectae, ubi prius fuerat Martis templum, uſque in praeſentem diem rei memoriam faciunt.

Fit iiſdem temporibus Laterani Concilium, in quo omnia prius Henrico conceſſa, cum ipſo iuramento, revocantur. Ob quod Henricus multa foeda contra Pontificem molitus, quas maxime potuit copias paravit. (1) Romanos literis nuntiiſque occulte ſolicitat ut contra Pontificem arma capiant, adſerens ſe propediem cum

 ma-

(1) Vide *Chronicon Pontificum*, & *Imperatorum Leonis Vrbevetani*, *Tom. II.* & *III. harum Deliciarum*. Lamius.

magna manu adſuturum. Hortatur deinde ne cunctentur, aut vereantur, exſequi quae potuerint in eius perniciem machinari. Interea Mathildes ſenio confecta naturae conceſſit, & Lucae ſepulta eſt (1). Haec Eccleſiae Romanae dono dedit quidquid a Piſis & Sancto Quirico agri Senenſis eſt cum ipſa parte Etruriae, quam Patrimonium vocant 2). Non multo poſt alia Synodus a Pontifice Guardaſtalli coacta, in qua ſancitum eſt ne Placentia, Parma, Regium, Mantua, & Bononia, quae olim Ravennatenſis Eccleſiae Metropolitanae erant, quia hae civitates diu eidem Eccleſiae rebelles fuerant, amplius illis ſubeſſe cogerentur, datumque his civitatibus, quod vendi non poterat.

Diſſenſiones interea Romae quamplures exortae ſunt, deceptuſque Pontifex, & proditus a Ptolemaeo neſcio quo Antiate, a quo auxilia prius ſuſceperat, & pecunia illi oblata ſuſcepturum ſe maiora ſperabat, quo tempore ii, qui Sarmonetam Nymphae habitant, Tibur, & omnem maritimam regionem rebellarant. Quibus rebus cognitis Petrus Leonis vir Romanus urbis Praefectus in

(1) Non Lucae, ſed Canoſſae mortua, & ſepulta eſt, ut tradit *Domnizo*. Lamius.

(2) Conſule *Chronicon Pontificum Leonis Vrbevetani Tom. II. Deliciarum*. Lamius.

in Apuliam Pontificem pepulit, & Romani eo auctore libertatem ſibi adſciverunt.

Ianuario menſe per totam Italiam terraemotus validi exorti, qui plurimas civitates paene ſubverterunt; & Iulio menſe tribus horis in ſigno Aquarii Luna eclipſim patitur, & ſanguinolentam eius corporis umbram efficit, ingenſque peſtilentia in omni paene Etruria, & praeſertim Piſis, & Romae, paullo poſt exorta tertiam hominum partem paene abſumſit. Inter haec Henricus in Italiam venit, ut iterum coronaretur; nam priorem coronationem in Concilio Lateranenſi revocatã memoravimus. Vnus tantum repertus eſt, qui illi diadema imponeret Mauritius Archiepiſcopus Bracharenſis, quem ipſe poſtea Pontificẽ fecit; nam ceteri Patres in Apuliam ad Concilium accerſiti deſcenderant, ubi eos Pontifex cogebat, ut de Henrici iniuria conſultarent. Sed is poſt coronam Romae ſuſceptam in Alemanias rediit. Pontifex Normandorum auxilia ſibi parat, quibus in Volſcos profectus, aliquot oppida ex prius amiſſis recuperavit: deinde Praeneſtinos ad ſe confugientes recepit, in qua urbe Legatis petentibus abſolvit Caloioannem Alexii Graecorum Imperatoris filium, qui Patri defuncto in imperio Graecorum ſucceſſerat. Inde Romam veniens Abbas Farfen-

ſis, de quo ſupra diximus, & Ptolemaeus Antias, qui ab eo defecerant, urbe profugiunt, quos tamen ipſe anno inſequenti patriae reſtituit.

Anno ſal. 1117. (1) Paſchalis Pontifex Romae interiit XV. Kal. Februarias, cui Gelaſius II. ſucceſſit, quem Cencius (2) Frangipanes vir ex nobilitate Romana ſatis potens aegre ferens, quia ex ſua familia Pontificem, uti Henricus mandaverat, & ipſe enixus fuerat, non elegerant, contumeliis adfecit. Quibus ille permotus Caietam, unde oriundus erat, ſe contulit, & inſequutus a Romanis triremis beneficio ſervatus eſt; ut Eugenio Pontifici noſtra memoria accidit. Patres deinde eum, ſequuti Caietã conſociavere.

Dum haec in Italia gerebantur, Balduinus in Cilicia (3) Soval Caſtellum aedificavit, ut Chriſtianis peregrinantibus eſſet praeſidio; & Boamundus adoleſcens interiit, cui in Principatu Antiocheno ſucceſſit Tancredus ex ſorore nepos; quem etiam ſibi tutorem a Patre relictum memoravimus. Eius morte a Rogerio Siciliae comite Calabriae, & Apuliae pars ablata eſt, & omnia ſucceſſionis iura; ambitione regnandi inter germanos exorta. Eo anno Turcae contra Balduinum profecti agrum

Ie-

(1) 1118. habet in *Annalibus*. Lamius.

(2) *Cinthius* habet in *Annalibus*. Lamius.

(3) In Syria habet in *Annalibus*. Lamius.

Ieroſolymis finitimum populabantur. Accerſuntur a Baldovino Chriſtianorum praeſidia, quae per omnem Aſiam diſperſa erant; & ipſe Tancredum Antiochiae Principem litteris fatigavit, ut ſibi praeſidio eſset. Sed quum id ſaepius fruſtra tentaſſet, & Turcarum inſolentiam ferre non poſſet, praelio cum iis decertare ſtatuit. Commiſſa pugna Baldovinus magna ſuorum clade ſuperatus eſt. Et Turcae monaſterium montis Thabor ſolo aequarunt, & monachi, qui ibi aderant, caeſi. Sunt qui dicant Tancredum contra Baldovinum indignatum, quia Boamundi patrui redemtioni Baldovinus ſaepius ab eo rogatus nihil contulerit; & propterea voluiſſe vicem referre. Parum id conſtat, nec de tanto Principe credendum, qui tam multa religioſiſſime in ea expeditione peregit. Nam & Eccleſiam Nazaraenam a Gottofredo inchoatam perfecit, quia ab eo princeps Galilaeae, & Tiberiadis creatus fuerat; aliam in monte Thabor, quam maiorem in modum ditavit; & Antiochiae Apoſtolorum Eccleſiam ampliſſimis honoribus, & reditibus, exornavit. Ciliciam omnem ſubegit. Iuventa eius ſoror Deo ſe dicaverat in Monaſterio Sanctae Annae, quod eius uxor in caſtelli modum munivit in monte Thabor.

Poſt eam pugnam Baldovinus Scandalorum inter Ptolemaidam, & Tyrum, reae-

reaedificavit. Hic has civitates ſubegit, Caeſaream, Aconem, Berutum, & Sidonem; aedificarique curavit Montem Realem, & paulo poſt vita deceſſit; cui ſucceſſit in regno Balduinus ſecundus de Burgo Francorum, Chriſtianorum conſenſu electus. Is fuerat primi Baldovini ſobrinus, animi dotibus ſatis pollens. Eo anno Genuenſes aliquot Piſanorum triremes a Balearibus inſulis redeuntes mercibus oneratas cum hominibus ipſis coepere.

Henricus iterum in Italiam venit, & Mauritium Bracharenſem Epiſcopum Antipapam creavit, Gregoriumque vocavit, & contra Pontificem movit, quem in Agrum Ananienſem veniſſe compererat, quemque in caſtello Ruricali obſedit. Pontifex enim praeſidia procerum regni expectabat. Hic Guilielmus Apuliae Dux & Robertus Capuae Princeps cum Richardo concurrunt, & quum Aquilea multi Henricum fugientem accepiſſent, iterum dato Pontifici fidelitatis iuramento, in regnum rediere. Henricus in Germaniam abiit, & Antipapa Frangipanorum ope fretus Romae permanſit. Gelaſius poſt haec Romam clam venit: deinde Creſcentii Caietani nepotis ſui viribus fretus, a Corſorum familia in Aede Sanctae Praxedis celebrans inter miſſarum ſolemnia invaſus eſt. Fit inter

ter

ter Romanos contentio praeliumque, quod non ante diremtum eſt, quam Frangipani accepere via Oſtienſi Pontificem confugiſſe. Qui non multo poſt in Franciam delatus interiit anno primo ſui Pontificatus, cui in Pontificatu ſucceſſit anno ſalutis MCXIX. Guido Epiſcopus Viennenſis, & Calliſtus II. vocatus eſt, qui ſedit annos V. & menſes X. Ex Regibus Franciae, & Alemaniae oriundus erat. Is non prius conceſſum ſibi Pontificatus honorem acceptare voluit, quam totius cleri, & populi Romani conſenſu obtinuerit, Antipapa depoſito, qui Sutrium confugerat. Poſtea Romam venit, & a Romanis, & omni clero honorificentiſſime ſubſceptus eſt. Et cum Henrico pacificatus deinde Beneventum petivit, ubi Gulielmum Italiae Ducem, ſic enim ſe adpellabat, e Rogerio genitum Ducem Apuliae fecit. Deinde Cantanſarium in Calabria petivit, ut Rogerium Siciliae Comitem cum eodem Guilielmo pacificaret, ut ex Brevis reſcripto, quod in Eccleſia Catinenſi eſt, adparet, per quod multa Privilegia eidem conceſſit Eccleſiae anno ſui Pontificatus ſecundo; & quorum pacificandorum gratia ſe in Calabrias profectum eodem reſcripto teſtatur. Inde Romam rediit, paceque per internuntios reformata cum Henrico, iterum

rum Beneventum perrexit, quia Guilielmus Ducem Italiae, & Apuliae, & Calabriae ſe adſerebat. Ob quae Pontifex indignatus, ut illum ab incepto deterreret, ne cum Rogerio diſſentiret, Legatos ad eum miſit. Quibus ſpretis Pontificem in Calabriam accerſivit, ut illi Apuliae, & Calabriae, adminiſtrationem permitteret; ipſeque filiam Alexii olim Imperatoris Graecorum ducens, Pontifici Regni Neapolitani curam iam Calabriam profecto demandarat. Per quod tempus Rogerius Siciliae comes Guilielmo ſobrino ſuo Calabrias, dum in gratia eſſet, iterum rebellat. Ea re Pontifex indignatus in tantam aegritudinem devenit, ut eo moerore proſtratus, quum rebus bellicis parum fideret, & Calabrorum perfidia deterritus, Romam reverſus rebus Guilielmi male conſuluerit.

Anno ſalutis noſtrae MCXXI. ignis flamma ingens in Oriente exorta per ſex horas flammas evomuit, donec ex adverſo exortus turbo illas extingueret. Baldovinus Flandriae comes, ex Clementia ſorore Calliſti natus, nixus eſt Guilielmum filium Roberti Normandiae Ducis, quē Henricus Angliae Rex in vinculis habebat ad paternam hereditatem admittere. Is poſtquam maiorem Normandiae partem occupaverat capite ictus cecidit, cui Carolus

ſo-

ſobrinus ſucceſſit. Et Guilielmus Roberti filius in uxorem ſibi copulavit Bertam ſororem Ludovici Francorum Regis, datuſque dotis nomine comitatus Flandrenſis poſt eiuſdem Caroli mortem. Quo tempore Religio magni templi ſumſit exordium ſub Vgone eorum magiſtro: & Guilielmus regis Anglorum filius in Britanniam transfretavit, & cum multis nobilibus apud Barbas fluvium ſubmerſus eſt.

Anno ſalutis MCXXII. Veneti a Balduino acciti claſſe CC. navium Ioppenſibus auxilia praeparabant, contra quos Soldanum ingentem paraſſe claſſem acceperant; qui quum perquirendis ad remigium nautis, militibuſque, diutius immorati eſſent, magno detrimento rebus Aſiaticis fuere. Interea Rogerius poſt Calabrias occupatas Apuliam invadit, illamque brevi occupavit. Sic Guilielmus uxore & regno fruſtratus, e Graecia rediens ad Principem Salernitanum cognatione ſibi propinquum confugit, pauloque poſt ſine filiis deceſſit: ſepultus in Eccleſia Sancti Matthaei iuxta patris ſepulcrum, monumento marmoreo ſatis celebri. Pontifex interea Concilium Laterani coegit, in quo inter cetera tractatum eſt de ope, auxilioque Chriſtianis ferendo, qui in Aſia laborabant, & magnis Turcarum copiis op-

preſ-

preſſi maiorem in modum fatigabantur. Sed inter ceteros Chriſtianae religionis populos, Venetos exhortatur, ut claſſe inſtructa accelerarent, opemque noſtris in Aſia laborantibus ferrent, & contra ſeptuaginta navium claſſem properarent, qua Babylonenſes Ioppem obſidebant. In Aſia vero Balduinus Gozzim Turcarum Ducem, Ieroſolymam invadentem in minori Aſia ſuperavit, coepitque, & carceri commiſit, cum primoribus ſui exercitus, & tamdiu retinuit, quoad ingenti pecunia ſe redemit.

Eodem anno in Albania infans biceps natus adverſa facie, & corporibus, cuius anterior hominis, poſterior canis erat; & apud Atrebatum altera mulier quatuor mares uno partu enixa eſt. In Eccleſia Meliacenſi in Vigilia Sanctae Mariae Magdalenae in crepuſculo, Dei iudicio ſingulari, combuſta ſunt ſacro igne hominũ corpora utriuſque ſexus centena, & Eccleſia conſumta eſt. Quo anno Geraldus Biterrenſis Epiſcopus miraculis pollens vita exceſſit.

Inſequenti anno Madia Rex Damaſcenorum cum ſedecim millibus equitum ex improvviſo ad portas Ieruſalem adparuit. Contra quem Balduinus praelio congreſſus, illum in fugam convertit. Duo

mil-

millia barbarorum in praelio trucidati ſunt.: Baldovinus triginta tantum ex ſuo exercitu milites amiſit. Fit per ea tempora a Boamundo neſcio quo Balduini Praefecto cum Venetis ſocietas; ſed antequam ab iis quidquam praeſidii habuerit, concurrit cum Balac Parthorum Rege apud Ieruſalem, in quo praelio Balduinus ſuperatus in eius poteſtatem pervenit, & ab eo apud Carras in carcerem truſus cum viginti ex ſuis Ducibus, quos ſimiliter calamitate oppreſſos in eodem praelio ceperat. Deinde claſſis Veneta cum Soldani claſſe concurrit, Dominico Michaeli eorum Duce, & multo Venetorum ſanguine Soldani claſſis fugata eſt. Poſtea Tyrum occupavere, quamquam aliqui velint duobus ante annis captum, & eam regno Ieroſolymitano adiunxerunt, tertiam urbis partem ex foedere cum Boamundo icto ſibi reſervantes, ut & Aſcalonis (ſi capi contingeret) ſimilis portio adsignaretur. Interea Baldovinus ab iis, qui Ieroſolymis erant, auro redemtus ſuis reſtitutus eſt; & ii, qui ſecum capti fuerant, permutati cum iis, quos tempore prius ceperat.

Ea tempeſtate Caloioannes Graecus Imperator deceſſit, & eius imperium Emanuel ſubſcepit, qui aegre ferens Venetorum claſſem noſtris eſſe praeſidio, Venetos

tos ad ipſius revocationem exhortatur. Dominicus a Venetis revocatus, qui Emanueli hoſtes facti erant, in Rhodios Imperatori rebelles invectus eſt, & inſulam multis cladibus adfecit; & deinde ex Chio inſula corpus Sancti Theodori Martyris raptum Venetias adſportavit. Poſt haec Mitylenas, Andrum, Samumque diripiunt, Methonumque a cultoribus derelictum communiunt. Hoc maxime modo Emmanuel dum Barbaris conſulere vellet, ſua amiſit. His peractis Dominicus Spalatrum, & Tragianum regni Hungariae ſubiecta deditione accepit; & multa ſacra Venetias adlata ſunt ab eadem claſſe, inter quae lapis ex Tyro adductus, ſupram quem Chriſtum Ieſum cecidiſſe ferunt. Iiſdem temporibus Gregorius ille Antipapa, quem Sutrum confugiſſe memoravimus, fretus auxilio Caietani cuiuſdam tyranni finitimas civitates, Romamque crebris incurſionibus infeſtabat; & quia ea civitas Romae ſatis propinqua, & in medio itineris ſita eſt, & iis qui peregrinabantur infeſta; ſtatuit Calliſtus eam oppugnare. Igitur caſtris admotis, quum cives nullam ſubſidii ſpem haberent, dediderunt ſe ſe, & Gregorium Pontificem vinctum, quem Calliſtus cameli corio involutum Romam deduci iuſſit magno omnium ludibrio. Aſino enim invectus

ctus verſa fronte per totam urbem deductus eſt, deinde omnibus tormentis excruciatus in monaſterio Caſinenſi detruſus eſt.

Anno MCXXIV. eodem anno Calliſtus V. ſui Pontificatus anno interiit, cui Honorius II. ſucceſſit. Quo tempore Baldovinus Antiochiam regno Ieroſolymitano adiecit propter Tancredi Principis mortem, qui Antiochiae ſepultus in Eccleſia Apoſtolorum Petri & Pauli ſepulcro celebri, quod vivens ſibi conſtruxerat. Deinde Baldovinus Fenedum Inſulam donavit Raimundo Gulielmi filio Principis Auſtriae, cui primi Boamundi filia nupſerat. Poſt invadit regem Aſcalonitarum, qui cum Aegyptiis agrum Ieroſolymitanum erat ingreſſus, & illum primo praelio fudit. Inde in Baldachinum Damaſci regulum verſus, qui magnis barbarorum copiis cuncta populabatur, tribus praeliis fuſum ter repulit, multis Aegytiorum captivis, & caeſis. Tamen ſecunda Chriſtianorum victoria nocumento noſtris fuit, quamquam ſuperiores evaſerint. Nam & quidam Annales habent hoc anno Baldovinum ultimo praelio a Barbaris captum fuiſſe; & fames valida, frigoriſque abundantia facta eſt, ex qua multa pecora periere. His temporibus Henricus V. ſine filiis vita deceſſit. Alii volunt renun-

tiaſ-

tiaſſe imperio, & poſtea numquam adparuiſſe, cui Lotharius de Saxonia ſucceſſit, in quo Imperium Bavariae finitum eſt; & Mathildes eius uxor, quae liberis carebat, ad Henricum patrem Angliae regem reverſa eſt.

Anno ſalutis MCXXV. Innocentius II. Honorio in Pontificatu ſucceſſit. Quo tempore Feſulae a Florentinis deletae, & aucti ſunt populo multo eorum, qui a Feſulis Florentiam commigrarunt; & Miniatenſes oppidum [1] componere, & aedificare coeperunt, ſilvamque ei loco finitimam ſervavere, quae in praeſentem uſque diem aucta in tantum eſt, ut ſit eorum pecori paſcuae locus, quorum propter frequentem incolarum multitudinem ea in regione penuria erat. Rogerius interea Pontifici adverſus pluribus ex cauſſis factus multa foeda in Campania facere, agrumque Eccleſiae Romanae finitimum crebris latrociniis & excurſionibus infeſtare: inde in Siciliam rediens longe faediora graſſatus eſt. Vgo de Sancto Victore litterarum peritia excellentiſſimus per ea tempora claruit; & Carolus Flandriae Comes, qui Balduino ſucceſſerat, dum apud Brugas ſolemnia miſſarum in templo S. Domitiani celebraret ab

(1) *Camporenam* videlicet, ut habet in *Annalibus*. Lamius.

ab Richardo Burgenſis Eccleſiae Praepoſito occiſus eſt anno MCXXVII. Quod facinus a Ludovico Franciae Rege repente punitum eſt. Hoc anno Baldovinus Rex Ieroſolymitanus (ut quidam volunt) a Solidano ſe redemit, & ad ſuos remiſſus eſt. Terraemotus eo anno in Aſia validi Tyri magnam partem cum ipſorum aedificiis oppreſſere; & Pontifex a Romanis adiutus ſtatum urbis pacificum confirmavit; finitimos ab eo auxilia poſtulantes, quibus potuit ſubſidiis, iuvit. Lothario novo Imperatori bene pollicetur, ceteriſque, quorum favore ſperabat, iniurias ei & Eccleſiae Romanae a Rogerio illatas propulſare poſſe. Et deinde immutata mente Romanis, qui Anacleto Antipapae favebant, adverſus factus eſt. Quo tempore Germani non ferentes Lotharii electionem Conradum Henrici nepotem & ipſi ad Imperium eligunt, & Fulco comes Andegavenſis Gaufredo eius filio Andegavenſem comitatum reliquit; & ipſe in Syriam profectus eſt, Alexandramque ſibi in matrimonium copulat, quae fuit maior natu filia Baldovini Regis Ieroſolymitani. Philippus I. ex filiis Ludovici Regis Franciae, Remis in Regem, praeſente patre ungitur, anno ſal. MCXXX. Deinde movit contra Thomam de Marva Cociaci Dominum, cum quo in campo Co-

ciaci conflixit, eumque fugavit; & Thomas a Rodulpho Nortmanno ſauciatus, & captus, & ad Lodovicum perductus ex iiſdem vulneribus interiit. (1) Diſſident deinde de Pontificatu Pontifices, & aliquot menſibus magna altercatione cum Petro Leonis decertatum; ita ut non religionis cauſſa de Pontificatu diſſentire viderentur, ſed de Imperio. Nam quum quiſque ſibi vires parat, eo minus dignitatis ſuae rationem habere videbatur.

HI-

(1) Hunc locum late corruptum ex *Annalibus* quoad fieri potuit reſtituimus. *Lamius*.

HISTORIARVM VTRIVSQVE SICILIAE

LIBER TERTIVS.

ROgerius interea duplici imperio auctus animum ad maiora erexerat; dictuſque Rex ab inſulae cultoribus coronatur Panormi a Bartholomaeo eius urbis Epiſcopo; & quidem contra Pontificis voluntatem, quem iam ſchiſma exortum exagitabat. Namque Petrus Petri Leonis filius vir Romanus in Antipapam adſumtus, & Anacletus adpellatus, urbem Romam crebris ſeditionibus conquaſſabat; & Rogerius non contentus eo nomine, ut eſt

hominum animus, imperii & honoris avidus ſe Italiae regem intruſerat. Ob quam rem, quum maiorem in modum a Pontifice diſſentiret, ad arma ventum eſt. Sed is paulo ante ex Sicilia Caietam adpulerat, & ſuburbio occupato, deditione a civibus facta, Caietam ſubſceperat. Inde in agrum Caſinatem cum paucis equitibus claſſiariis fidens pervenerat; audiverat enim Innocentium contra ſe paraſſe exercitum. Commiſſo praelio Rogerius a Pontifice ſuperatus Gallutium confugit ad Gottofredū eius loci dominum, virum tum nobilem, tum ſibi amiciſſimum, & qui cum eo ordines duxerat; ſed quum oppidum eſſet natura munitiſſimum aliquot menſibus ab eodem Pontifice obſeſſus eſt. Interea Guilielmus eius filius, quem Rogerius Calabris praefecerat, collecto exercitu, noviſque undique cohortibus conſcriptis, magnoque Agarenorum numero ex Sicilia ſtipe conducto, Lucanos praeter et Apulos, cum omni equitatu, captis magnis itineribus, in agrum Campanum pervenit; inde contra Pontificem movit. Primo in agrum Theanenſem (1) deſcendit, & haud procul Gallucio occultis itineribus conſedit, Rogeriumque patrem ſui adventus certiorē fecit, qui eadem nocte per munitiſſimas hoſtium munitiones ad eum pervenit. Die in-

(1) Sueſſanum habet in *Annalibus*. Lamius.

inſequenti praelium commiſſum eſt, & diu acriter ab utraque parte pugnatum. Nam copiae prioris praelii memores, ferociores factae, audacius inſiſtebant. Illi qui multitudine abundabant turpe ſibi exiſtimabant a paucioribus ſuperari; & ſic aequo marte a praelio diſceſſiſſent, & in veſperem certamen diſtractum erat. Verum Guilielmus non ultra differendum ratus cum omnibus copiis, quas in ſubſidium locaverat, impetum fecit, hoſteſque a loco dimovit. Perturbati omnium ordines Guilielmi adventu, & quum ſibi quiſque fuga conſuleret, fugientes in proximam ſilvam hoſti victoriam conceſſere. Igitur Rogerius caſtris hoſtium potitus in iiſdem ea nocte conſedit. Pontifex cum paucis in Monaſterio Caſinenſi evaſit;& ibi cum nonnullis ex Patribus eadem nocte obſeſſus eſt. Hi quum intelligerent in urbe Roma res adverſas, & exercitum omnem, eſſe deletum, ſubſidiique ſpem nullam, conſilium extempore capiunt, ſine armis ad Rogerium pontificali adparatu indutum accedere, ſi forte religione, quum armis non poſſent, viri ferociam placare poſſent. Igitur die inſequenti proficiſcuntur pedibus Patres, Pontifex equo ab monte deſcendit. Quod quum Rogerio nuntiaretur, repente fit obvius Pontifici, officioque ſtratoris uſus magna cum reverentia

in ſua caſtra perduxit. Hanc rem Pontifex admiratus, quid eſt, inquit, Rogeri, quod heri tam ferox armatus contra me veniſti, meumque fudiſti exercitum, nulla aut religionis Chriſtianae, aut meæ dignitatis, habita ratione; nunc vero tam obſequenter me recipis? At ille: putabam, inquit, Beatiſſime Pater te heri Imperatorem eſſe; & armatum, ut par erat, armatus te excepi. Hodie ut factus es Pontifex, ut Dei Vicarium te benigne ſuſcipio. Dignitatis autem tuae, & Religionis Chriſtianae ſemper apud me praecipua cura exſtitit. Honeſta ſane reprehenſio, non armis Pontificem, ſed orationibus certare oportere! Stupefactus Pontifex viri reſponſo, & argutiam admiratus, reputans animo ſecum, in hoc duce eſſe, & pacis, & belli artes, praeter regni Neapolitani titulum, quae voluit a Pontifice impetravit. Deinde orta gravior Romae ſeditio eſt; & Pontifex Anacletum Antipapam timens in Germaniam fugit. Anacletus pecunia corruptus eam regni Siciliae coronationem, quam a Bartholomaeo Archiepiſcopo Panormitano factam eſſe memoravimus, confirmavit, voluitque ut ſub eadem dominatione utriuſque Siciliae Rex adpellaretur. Inhibuit ei tamen ne rex Italiae diceretur; ne cum Lothario Imperatore Romano diſſentiret.

An-

Anno Gratiae MCXXXI. Philippus adoleſcens Ludovici Regis Franciae filius, quem in Regem Francorum unctum patre iubente memoravimus, dum equo Pariſiis invectus urbem luſtraret, porcus inter equi pedes pertranſiens ita equum perterruit, ut una cum equo praecipitatus occubuerit. Ita ille egregiae indolis adoleſcens ſpem, quam de ſe populi conceperant, praeſtare non potuit. Fuit eius mors ſuis luctuoſa; & omnibus bonis acerba. Quamquam ſunt qui adfirment Beatum Bernardum tam miſerabilem exitum patri praedixiſſe. In ſequenti anno, quidam Annales habent Baldovinum II. Ieroſolymae Regem defunctum eſſe. Certe potuit, quum Fulco poſt eum regnaverit annis XI. & Baldovinus I. regnaverit annis XIV. Anno gratiae MCXXXIV. Rogerius beneficii memor univerſam Flaminiam, & Etruriae partem, quam Guilielmus ſuperioribus annis bellis ſuam effecerat, diu Pontificibus Romanis rebellem, Anacleto beneparentem fecit. Sunt qui dicunt Rogerium Neapolitanum Regnum, maioris Siciliae nomine, a Pontifice ſuſcepiſse, & eius rei indicium eſſe, quod poſt Pontificis foedus cum Rogerio, una Neapolim ſint ingreſſi magno cum plauſu, atque in ipſius urbis ingreſſu ducentos Neapolitanos au-

reis bullis in militiae Signum donaſſe; duobuſque annis una eam urbē incoluerint, nulla re praetermiſſa, quae ad decus, aut ſpectatiſſimi triumphi oſtentationem, fieri ſoleat.

Anno MCXXXV. Guilielmus Pictavenſis Comes in itinere moritur, dum voti ſolvendi cauſa ad Sanctum Iacobum proficiſcebatur, in cuius aede ſepultus eſt. Is teſtamento mandavit ut Elionora (1) filiarum natu maior Ludovico minori natu filiorum Regis Franciae copularetur, cui dotis nomine Ducatum (2) dari curavit. Siccitas inaudita fuit, nam a Martio menſe ad Septembrem uſque, in Gallia non pluit; ex quo fames valida Provinciam invaſit; & nono Kal. Novembris ventus adeo validus exortus eſt in Flandria, ut multa aedificia, turreſque validiſſimas, deiecerit, & mare littore egreſſum partem urbium maritimarum ſubmerſerit. Sed Innocentius poſtquam in Gallias adpulit, Claramonte Synodum habuit, in qua Petrus Antipapa dethronatus eſt. Inde ad Regem Ludovicum profectus Carnutum, impetrat ab Henrico Angliae Rege, ut pro ſalute fidelium ſe, & ſua, devoveat ad ſanctam expeditionem. Poſt in Lotharingiam flectens Lotharium Germanorum Regem ab Electoribus prius ele-

(1) Eleonarda habet in *Annalibus*. Lamius.

(2) Supple ex Annalibus *Aquitaniae*. Lamius.

electum Imperatorem dixit, egitque cum iureiurando ut Romam ſe perduceret. Quibus peractis itineri ſe accingit, & Pontifex, apud Placentiam Concilio Patrum peracto, Piſas ſe contulit; & non multo poſt Henricus Rex Angliae vita exceſſit anno MCXXXVI. cui Stephanus Bononiae Comes illi ex ſorore nepos in regnum ſucceſſit. Huic Mathildes Imperatrix hoſtis facta bellum intulit, regnum illud ſibi iure expoſtulans, & favente Ludovico Rege Francorum Ducatum Normandiae illi ademit. Deinde in Angliam mulier virilis audaciae transfretavit, maioremque illi Angliae partem ademit. Ea tempeſtate claſſis Piſana Amalphitas expugnat.

(1) Anno MCXXXVII. Florentiam commigravit familia de Bondelmontibus, eorum Caſtello (2) a Florentinis deditione accepto, ea lege, ut ii civitate donarentur, et eorum bonis ſervatis, oppidum ſolo aequaretur.

Ea tempeſtate Piſani cum Genuenſibus bellum gerebant. Hos Pontifex pacificavit, inſtituitque ut Epiſcopus Genuenſis, qui prius ſub Mediolanenſi erat, Archiepiſcopus eſſet, cui tres Corſicae Epiſcopos

pos

(1) Vide Cap. XXX. Lib. IV. commemorati *Ioannis Villanii*. Lamius.

(2) Montebono, ut habet in *Annalibus*. Lamius

poſ ſubiecit. Piſano item eiuſdem Inſulae tres, & Populonienſis, ſubiecti ſunt, multaquae praeterea illis conceſſa, quae enumerare longum eſſet. Item Piſis Concilium indictum, in quo Anacletus damnatus. In ſequenti anno Lotharius Imperator in Italiam venit, & per Ianiculum Romam ingreſſus Pontificem, uti promiſerat, ad Lateranum perduxit. Antipapa eius vim metuens latitando per Italiam fugerat. Sed Imperator rebus Italiae compoſitis in Germanias rediit. Poſt Lotharii diſceſſum Anacletus Rogerio favente in publicum prodire, multa contra Pontificem moliri, coepit; cives Romanos ad rebellionem hortari, denique omnia tentare, quibus Innocentium urbe pelli poſſe arbitrabatur. Ob quae iterum Lotharius in Italiam revocatur; qui Piſis parata claſſe ſexaginta triremium Amalphitas, Ravellumque, Rogerio ſubiectos vi coepit, quibus Nicolaum Ruffum praefecit. Pontifex in Apuliam cum Lothario Barulum conceſſit. Eius copias Rogerius ſubſtinere non valens in Siciliam, relicta Apulia, transfretavit, hoſtibus ſuis regnum ſine Imperatore relinquens. Lotharius in Apulia rerum potitus Calabrias invadit, quas brevi ſuae ditionis effecit. Poſtea vero quoque regno potitus eſt, & illud Pontifici regendum dedit. Is illi Romanum

Lo-

Lotharingiae Comitem ſub titulo Ducatus Apuliae cum aliquot Lotharii cohortibus praefecit. Poſt haec Pontifex Romam rediit, & Lotharius in Germaniam tranſiens paullo poſt morbo correptus Veronae interiit anno MCXXXVIII. & Antipapa item moritur, cui Albertus ſubrogatus Pontificatum renuntiavit. Ob quam rem edita eſt in Concilio Lateranenſi conſtitutio, ne quis laicus violentas manus in clericos immitteret.

Conradus de Suevia eius nominis ſecundus ab Electoribus in Lotharii locum collocatus eſt, quem a Pontifice Romano non coronatum invenio. Hic fuit Henrici V. Imperatoris ex ſorore nepos. Ea tempeſtate fames valida invaſit urbem. Quo anno veteri more ſenatus Romae creatus eſt. Anno MCXXXIX. Ludovicus Rex Franciae Ludovico filio ſuo locat in matrimonium Eleonoram Guilielmi Ducis Aquitaniae filiam, de qua ſupra diximus; receptuſque ab ea Aquitaniae Ducatus. Vix nuptiis apud Burdegalas celebratis Ludovicus Pater moritur, cui Ludovicus filius ſucceſſit. Quo tempore Theobaldus Campaniae Comes religioni intentus plures Eccleſias conſtruxit. In Gallia fecit Eccleſiam Sancti Florentii Salmurienſis, & Abbatiam Eleemoſynae Ciſtercienſis; & quod

quod Deus eum prole ditavit; nam genuit ex Mathilde uxore Henrici Campaniae Comitem & Theobaldum Comitem Bleſenſem, & Alam Reginam Francorum, Francam Comitiſſam Barri, & Philippam Duciſſam Burgundiae. Et Petrus Bailardus [1], de quo Accurſius Florentinus meminit, obiit; qui fuit adeo adrogans, ut in ſuo ſepulcrali Lapide inſculptum voluerit hoc Epigramma;

Cui ſoli patuit ſcibile quidquid erat.

Emmanuel anno MCXXXXII. Emmanuel, inquam, Imperator Conſtantinopolitanus poſt diu obſeſſam Antiochiam pacem cum iis fecit; & dum venationi eſſet intentus, arcu ſagitta praetenſo, quae veneno illita erat, ſe ipſum manu ſauciat, & ex eo vulnere moritur; cui Emmanuel filius in Imperio ſucceſſit. Et Ludovicus Franciae Rex contra Theobaldum Campaniae Comitem movens, Vitriacum oppidum expugnat; ubi Eccleſia igni incenſa eſt. In ea MCC. utriuſque ſexus homines periere. Ob quod facinus expiandum, creditum eſt poſtea Ludovicum ad expeditionem ultramarinam armaſſe.

Ea tempeſtate erant Fulconis Liberi duo, Baldovinus, & Guido, rei militaris peritiſſimi; quos in tanto pavore, & me- [illegible] tu,

(1) *Abaelardus* ab aliis vocatur. *Lamius*.

tu, barbari habebant, ut raro cum Fulcone congredi auſi ſint. Antiochenſes diu a Turcis infeſtati, a Fulcone ſubſidia implorarunt, quibus miſſis, Turcae praelio commiſſo, ut Fulconis filios adeſſe ſenſerunt, eo ſolum quo ſupra diximus metu fugantur; capti ex iis tria millia, totidem caeſi fuerunt. Qua contumelia, cladeque, excitatus Alaph Turca fretus Alexandrinorum copiis Edeſſam Meſopotamiae urbem invadit. In hanc urbem, ut Sanctorum monumenta teſtantur, Angelus Domini Tobiam inviſit. Capta eſt triduo a barbaris, & cultores promiſcue caeſi. Innocentius Pontifex eo anno moritur, cui Caeleſtinus ſucceſſit. Deinde Fulco, dum venando leporem ardentius inſequitur, equo praecipitatus interiit. Eius filius Baldovinus III. & IV. Rex Ieruſalem patris regnum de manu eius ſubſcepit, Guidone fratre prorſus excluſo.

Iiſdem ferme temporibus Caeleſtinus ſexto ſui Pontificatus menſe interiit, & in eius locum ſuffectus Lucius III. Bononienſis. Cuius temporibus Bernardus Abbas Claravallenſis claruit, qui Chriſtianos hortatus ad expeditionem ultramarinam, Conradum, qui Lothario ſucceſſerat, movit ad dictam felicem expeditionem ſumendam. Iiſdem temporibus magna Meſopotamiae

pars

pars ad Chriſti fidem ſe convertit ex ſe.

(1) Anno Gratiae MCXXXXV. Florentini dum contra Comites Guidos bellum moviſſent, inconſulte rem agentes, ſuorum potentia fiſi, palam lati ſine vigiliis, ſine caſtrorum cuſtodia, ab hoſte invaſi, in fugam verſi magnam calamitatem, Iulio menſe, quo praelium commiſſum fuerat, ſubſcepere.

Interea Rogerius Pontificum negligentia, & eorum, qui Apuliae praeerant, collecto exercitu in Calabrias transfretavit, & Catantiario, Scalatioque potitus Cotronſi perrexit; deinde capta urbe, Rhegium delatus civitatem occupavit, & omnem illam Cotronenſium, & Brutiorum, plagam cum ipſo Hieracio, quod ex Locrenſibus inhabitatum eſt. Poſt expoſitis apud Regnum ex Inſula equitibus per mediterranea flectens Synopolim occupavit civitatem vetuſtam olim a Sycione aedificatam, tantiſque fidens copiis Stremos, Leontinos, Turpianoſque ſubſcepit. Inde Neocaſtrenſes adgreſſus, civita-

(1) Sic etiam habet *Villanius* cap. XXXVI. lib. IV. Addit tamen, Florentinos anno MCLIV. ad Montem Crucis caſtellum Guidorum rediiſſe, & proditione caſtellum occupaſſe; quod funditus deinde everterunt; omniaque iura, quae ſuper illud Comites Guidi habebant, Florentino Epiſcopo vendidiſſe. *Mecattius*.

vitatem ſibi rebellem incendit. Poſtremo montes per Maturanum Vtiliamque tranſgreſſus Conſentinos per deditionem accepit. E quibus auctus copiis omni Calabria potitus in Apuliam properavit, quam mox ſuae ditionis effecit. Potituſque tamdem omni regno, maiori aedificata claſſe, in Africam traiecit, & Vſit regem Tunes tributarium fecit, & ſic Imperator diſceſſit (1). Quod tributum triginta ferme annis ſibi poſtea, & ſuis perſolvit.

Dum haec ita per Rogerium gerebantur, Conradus de Svevia cum magna cruce ſignatorum manu claſſe Conſtantinopolim adpulit, & ab Emmanuele Graecorum Imperatore aſtu perſuaſus in Ioniam flexit; ubi gypſo farinae admiſto Emmanuelis fraude cōmeatus adeo infectus eſt, ut poene omnis exercitus aut perierit, aut graviter aegrotaverit. Ex quo Conrado neceſſariū fuit Thraciam repetere. Profuit tamen Baldovino Regi ea expeditio. Nam fama tantae claſſis Aſcalonitae permoti poſt longam obſidionem ſe Baldovino dediderunt. Quibus peractis, Rex Praefectum Damaſci Ieroſolymitanos infeſtantem ad Damaſci uſque moenia fugientem inſequutus eſt. Haec civitas ab Eliazar ſervo Abrahae olim aedificata, quae Damaſcus dicebatur, agro in

(1) Locus corruptus eſt. *Lamius*.

in fertili ſita, in loco ubi Caim interfecit Abel; iuxta quam locus eſt, ubi dicitur Ieſus Chriſtus Paulo Apoſtolo adparuiſſe, dicens, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* quae in ſortē contigit Tribui Nephthalim, & in Syria ſita eſt. Deinde Turcarum Regulos iterum contra eum invectos fugavit, quinque millibus ex eorum exercitu interceptis.

Lucio Romae defuncto, Eugenius III. illi in Pontificatu ſucceſſit. Is Piſis oriundus a Beato Bernardo Monachus S. Anaſtaſii factus fuerat. Primis ſui Pontificatus diebus, veſtibus Pontificalibus indutus, nihil aliud praeter ſacra curavit. Deinde verſus ad urbis curam Senatum inſolentius vagantem abdicavit. Quod Romani non ferentes urbe Eugenium arcent, qui Piſas primo, deinde in Franciam ſe recepit, fretuſque auxilio Ludovici Francorum Regis pauliſper apud eum vixit. Quo tempore hortatus illum eſt, ut crucis charactere adſumto cum reliquis Chriſtianis ultramarinas peteret regiones. Is ita a Pontifice perſuaſus Conſtantinopolim adpulit, et ſimili fraude ab Imperatore Graecorum ſuum per deſerta Syriae exercitum ducere ſuaſus, penuria rerum neceſſariarum, coactus eſt Antiochiae exercitum in hibernis locare; ubi noſtri multa ea hieme aſpera paſſi ſunt. Ray-

Raymundus Antiochiae Princeps factus eſt. Hic Guillelmi Ducis Aquitaniae frater fuerat; ubi quum Eleonarda Franciae Regina eſſet cum ſuo viro diſſentiens in Ieroſolymam eſt delata ob ſubſpiciones adulterii contracti cum Principe Antiocheno, qui ſibi quarto in gradu iniunctus erat. Sedit Raymundus anno gratiae MCL. & in praelio cum Turcis geſto Kal. Auguſti caeſus eſt. Eius principatus praeter Antiochiam a Turcis recuperatur. Eo tempore pax inter Lodovicum Franciae Regem, et Theobaldum Campaniae Comitem, Pontifice ſuadente, facta eſt. Et Edeſſa Meſopotamiae civitas, in qua erant corpora Sanctorum Apoſtolorum Thomae, et Thaddaei, a Turcis capta, cultores caeſi, et urbis Epiſcopus martyr decollatus eſt. Elidegardis Virgo in Alemania miraculis claruit, quae quum prius literarum eſſet ignara, ut primum Deo ſe vovit, librum religionis Chriſtianae edidit. Et Lisbona per ea tempora a Chriſtianis, qui in Aſiam properabant capta eſt, quartum poſt menſem quam obſideri coepta fuerat, cultuſque Chriſtianus in eam introductus.

Interea Rogerius Rex in Emmanuelem invectus, quem non ſecus Religioni Chriſtianae hoſtem, infeſtumque, quam

ipſos Turcas cognoverat, Corinthum (1), Corcyramque Inſulam (in qua Helleborum naſcitur, quod Epilepſiam curat) Thebas item, et Euboeam illi ademit; et quum Conſtantinopolim invadere properaret, certior factus, claſſem Venetam ſexaginta triremium illi praeſidio eſse, ad Africae littora deflexit, Africamque oppidum ſubſcepit. Inde accepit Ludovicum Franciae Regem paucis ante diebus male cum barbaris pugnaſſe, et ab Emmanuelis, et barbarorum claſſe captum, illos invadens, duas et triginta hoſtium naves, in quarum una Ludovicus vinctus catenis duabus ferebatur cum eius natis, intercepit, et Ludovicum captivitate liberavit. Fuit hic annus gratiae milleſimus centeſimus quinquageſimus primus.

Ea pugna etſi Rogerio victoria parta, tamen tanto ſuorum ſanguine parta eſt, ut non ſit deinceps quidcumque auſus adtentare quod memoria dignum videatur. Ex qua etiam re ita animo concidit, ut claſſis Veneta quum ab Emmanuele conducta omnia quae Rogerius illi abſtulerat recupe-

(1) Vide quae de hoc commentamur in Eccleſiae Corinthiae Memorabilibus, quae primae Parti *Expoſitionum Nicetae Heracleenſis in Epiſtolam* 1. *ad Corinth.* inter *Delicias eruditorum*, praefiximus ad annum MCXLIX. *Lamius*.

peraſſet, tamen cum ea congredi non ſit auſus. Indignatus tamen contra Venetos et Emmanuelem, novis conſcriptis militibus, Ludovico apud Ioppe relicto, Conſtantinopolim petivit, civitatiſque ſuburbium incendit. Sed is a Venetis invaſus unam de viginti triremibus amiſit, et praelio ſuperatus aufugit.

Eadem tempeſtate Conradus, Ludovicus, et Baldovinus, Damaſcum obſident, pomoerium urbis capiunt, iamque in ſpem potiundae urbis adducti, barbarorum fraude pellecti, quum moenibus adpropinquaſſent, inundationibus fontium, obſidionem relinquere ſunt coacti. Conradus et Ludovicus in Europam redeunt, Comes moritur, et Ludovicus in ſubſpicionem adulterii adeo vehementem incidit, ut Elionardam uxorem ſuam apud Baugentiam repudiaret. Quo facto ipſa Henrico Duci Normandiae ſe matrimonio copulat. Qua ex re ingens inter eos poſtea bellum exortum eſt. Sed ea genuit ex Henrico hoc Henricum filium, qui poſtea Angliae imperavit, & Richardum Regem Angliae poſt fratrem factum, & Gaufredum Britanniae Comitem, & Ioannem, fratribus vita functis, Angliae Regem. Percepit ex ea quatuor filias, quarum maior Elionora Regi Caſtellae deſponſatur; ex qua poſtea Bian-

ca Franciae Regina nata eſt : alia Alexio Graecorum Imperatori : tertia Duci Saxoniae nupſit , ex qua Otho Imperator natus eſt : quarta Toloſano Comiti , ex qua ortus eſt Raymundus . Quo tempore Regina Ieruſalem cum filio altercatur,qui Ieroſolyma a matre prohibetur ; quam mox violenter ingreſſus cum ea pacificatus Neapolim Aſiae civitatem eam inhabitare permiſit.

Sed Conradus non multo poſt ſenio confectus interiit anno MCLII. Imperium a Friderico Barbaroſſa Saxoniae Duce , quum Electores de novo tyranno diſſentirent , occupatum eſt . Ceterum ex Romanorum iniuria , quam pro Senatu a Pontifice urbe pulſo ſupra factam memoravimus, plures in Etruria, & in Campania , tyranni exorti ſunt , qui terras Eccleſiae Romanae ſubiectas ſibi adſcivere. Nam Petrus Frangipanus Terracinam, Sicciamque occupavit ; Norbanum , & Friſenonis arcem Guido Columnenſis ; Viterbium vero , & Centum cellas, quam nunc Civitatem veterem adpellant , Iacobus Praefectus urbis ; & Nicolaus Anguillarius Tolphas & Sanctam Severinam ; pluresque alii nonnulla munitiſſima loca ſubſcepere . Ob quod quum ad urbem peregrinantibus iter difficile redderetur , etiam hoc ipſis Romanis odio-

ſum

ſum eſſe coeperat. Ex quo Romani immutata voluntate Pontificis reditum exoptabant. Ita populus novarum rerum cupidus numquam in eadem mente perſeverans magnarum plerumque calamitatum fomenta ſubſtentat.

Ea tempeſtate Ioannes quidam, qui de Temporibus dictus eſt, diem clauſit extremum, qui vixerat, ut fama eſt, annis CCCLXI. nam militaſſe ſecum Carolum Magnum adfirmabat. (1) Quo etiam temporem Henricus Ludovici Regis Franciae frater Monachus effectus eſt.

Iiſdem temporibus Rogerius Panormi erat, & aegritudine correptus, nono & quinquageſimo aetatis anno interiit, menſe Maio, ſepultuſque Panormi in Eccleſia Cathedrali, teſtamento Guillielmum filium haeredem inſtituit. Conſtantiam vero, quia Deo dicata erat, conſulto praeteriit, Tancredumque, qui ex concubina ortus erat, exheredem fecit. Sunt qui dicant Rogerium ab Eugenio Pontifice etiam coronatum, & ob id ad expeditionem Aſiaticam profectum. Sed is Tancredo adhuc impuberi Tarenti Principatum reliquit.

Guillielmus igitur in Regno Siciliae, & Neapolitano ſolus patri Rogerio ſucceſſit, & ab Inſulae cultoribus magno

K 3 omnium

(1) Fides apud Scriptorem eſto. *Mecattius*.

omnium adſenſu Rex conſalutatus eſt. Qui ubi primum Trinacriae res compoſuit, Meſſana ſolvens in Calabrias transfretavit, praefecitque illi Provinciae Rogerium filium. Inde in Lucanos perrexit contra Sanſeverinorum familiam moturus, quod eius generis viros patre vivente infeſtos habuerat; quam penitus huiuſmodi eorum poſſeſſione agroque privavit, regnoque extorres fecit. Quibus peractis in Apuliam pergens, Venuſii permanſit. Iiſdem temporibus Alphonſus Hiſpaniae Rex ab expeditione Aſiatica rediens moritur; cui Sancius filius in Regno ſucceſſit. Quo item vita functo Fernandus frater regnum obtinuit: qui etiam in Arabia contra Barbaros praelians interiit. Cui Alphonſus deinde filius ſucceſſit in Regno.

Interea Eugenius Romam rediit, fretuſque Romanorum opibus, Terracinam, Norbanum, & Friſenonis arcem, a Tyrannis occupatas ſubſceperat. Inde ad Etruſcos verſus, Anguillarios ſibi infenſos perdomuit, Viterbiumque deditione accepit. Iacobum praefectum urbis in vinculis coniectum gravi tamdem pecunia mulctavit. Poſt haec Tibur reverſus naturae conceſſit.

Ludovicus Rex Franciae Conſtantiam Regis Hiſpaniae filiam matrimonio copu-

pulat ſibi. Ex qua nata eſt Margarita, quae primo ſucceſſit Henrico Iuniori Regi Angliae, deinde viro vita functo, iterum ſe in matrimonium Velae Regis Hungariae copulavit. Ceterum Anaſtaſius iam Eugenio Pontifici ſucceſſerat; quo item brevi vita functo Hadrianus quartus illi ſuffectus eſt. Is erat genere Anglus, & ab Eugenio fuerat in Norvegiam miſſus, illoſque ad Chriſti religionem, fidemque converterat. Qui non prius Laterani ſe coronari paſſus eſt, quam Arnaldus Brixienſis haereſi ab Eugenio III. damnatus urbe pelleretur. Quod quum Romani facere recuſarent, increpiti a Cardinali Sanctæ Pudentianae, tam iracunde Pontificis monitionem tulerunt, ut is a populo inter monendum ſauciatus, in terramque deiectus ſit. Pontifex id non ferendum ratus ſacris Romanos interdixit. Mox populus ſuo more uſus commutata voluntate Arnaldum pellit. Reconciliatus eſt Pontifici ob eam cauſam populus Romanus, & Hadrianus conſecutus eſt. Iamque Fridericus contra Pontificem moverat, & ab illo excommunicatus peiora contra Eccleſiam machinabatur.

Interea Guillielmus certior factus de his, quae Romae inter Populum, & Pontificem gerebantur, Venuſio egreſſus Beneventum occupavit, adſerens Chriſtum Ieſum nihil

hil proprium poſſediſſe; cuius exemplo Pontifices vivere debere, & eius veſtigia ſequi, ut illis a Petro Apoſtolo mandatum eſt. Inde Ceperanum Barulumque ſuae ditionis effecit. Quod Pontifex audiens Gullielmum literis, ut ab Eccleſiae terris abſtineret, admonuit; ſed quum monitionibus nihil proficeret illum excommunicavit, Regnique titulo privavit, & eius ſubditos ſacramento fidelitatis abſolvit. Hoc modo Guillelmus, qui primo iuventutis temporebonae indolis Regnum adſcenderat, paulatim immutatis moribus, Eccleſiaeque hoſtis factus, ſe principatu exuit; fueruntque in poſterum eius ſcelera adeo deteſtanda, ut omnium flagitiorum facinora ſuperaret. Nihil moderati, nihil ſancti, nihil religioſi habebat. Quare ipſe mali iniquique hominis nomen accepit, dictuſque Malguillelmus. Primo igitur ſui regni anno ſe Friderico Barbaroſſae Imperatori confoederavit, quia illum Pontifici infeſtum fore acceperat & ab Hadriano IV. excommunicatum. Deinde inconſtans animi vir hoſtis Friderico effectus contra Siculorum voluntatem ſe Pontifici conciliavit, ſuis exoſus, omnibus iniuſtus, & deteſtabilis factus; de cuius ſceleribus ſuo loco dicemus. Fridericus ex gente Svevorum illuſtriſſima, qui & Barbaruſsus dictus eſt a capillorum

co-

colore, eo tempore quum poteſtas Romani Imperatoris eligendi in eum translata eſſet, ceteris in electione diſſidentibus, ipſe ſe ſe Imperatorem dixerat, & poſtea Imperator factus, compoſitis Germaniae rebus, ſtatuit indiſtincte cum omnibus bellum gerere, qui Imperii bona occupaſſent, & Graecorum Imperatoris dignitatem ſibi olim conceſſam infringere; illiſque adverſatus primo bellum indixit; deinde Hungaros & Illyricos contra eum duxit, in Apuliamque Emmanuelis copias inſequutus ſibi cedentes coegit cum eo praelium ſumere. In quo Fridericus ſuperior factus, Epirmnque ſibi adeptus, accerſitus in Italiano fere omnes Lombardiae civitates ſubſcepit,& Tordonenſes ſibi diu rebelles obſedit, & tamdem expugnavit. Deinde in Vmbros properans Spoletum diripuit. Poſt magnis itineribus per Sabinos cum omni exercitu Romam contendit, & Tibur aedificari curavit. Hadrianus eo tempore Viterbii erat, verituſque Friderici adventum ad Vrbem veterem primo, inde ad Civitatem Caſtellanam,confugit; conciliatuſque Pontifici Imperator per internuntios Sutrii fit illi obvius, & anno ſalutis MCLIV. Romae ab eodem Pontifice coronatur in Aede Sancti Petri; ubi orta ſeditione inter Alemannos Romanoſque, qui illis vi portas bis clauſerant, aliquot Fri-

Friderici equites ſauciati ſunt. Ii quum ad ſuos confugiſſent, commiſſo in Hortis Neronianis praelio, Romani in fugam verſi, & plures ex iis a Germanis capti, & occiſi ſunt. Rogatus tamen Fridericus a Pontifice captos dimiſit. Inde in Sabinos ad Mallianum ſe conferunt, traductoque omni exercitu, Tiburi aliquot diebus apud Pontem Lucanum conſedit, quoad Tibur ſubſcepiſſet. Inde compoſitis Romae rebus urbem ingreſſi ſunt. Interea Florentini, qui olim contra Guidios profecti male pugnaverant, iterum reverſi Montem Crucis eorum antiquum oppidum ſolo expugnatum aequarunt; & eorum bona direpta Epiſcopo Florentino venduntur. Piſtorienſes apud Carmignanum cum Pratenſibus decertarunt, qui opibus Florentinorum freti praelio commiſſo fugati ſunt. Tiburtini, qui ſe Friderico dederant, ab eodem Pontifici reſtituuntur. Poſt haec Fridericus in Lombardiam rediit contra Mediolanenſes, qui ab eo rebellarant, & ceteros ſibi finitimos eorum auctoritate contra Fridericum attraxerant. Ipſe igitur cum iis primo bellum moturus Cremam obſedit, unde finitimorum agros ibi incurſionibus infeſtabat; & Guillielmus iterum Pontifici adverſus factus erat. Iiſdem temporibus Guillielmus contra Graecum Imperatorem profe-

fectus urbem Tenedum diripit, rediensque apud Delon Inſulam in hoſtis claſſem offendit; qui etſi numero impar, tamen cum ſuis culis centum & quadraginta Graecorum naves praelio ſuperatas cepit, & cum iis in Italiam rediit.

Ea tempeſtate Tancredus Rogerii filius naturalis, quem ſupra exheredem factum diximus, audiens de ſubditorum odio in Gullielmum fratrem exorto, & Siculos ab eodem mente alienatos, Tarentum ſub Principatus titulo ſibi a atre Prelictum occupavit. Quo tempore Michael Palaeologus vir gratia nobilitatis Princeps Anconam delatus contra Emmanuelem moturus, ut accepit Pontificem cum Friderico pacificatum, & in Lombardia rebus bellicis intentum, Hadrianumque Beneventum contra Guillielmum moturum deſcendiſſe, mille aureorum Pontifici, & Patribus obtulit, ſi eum contra Emmanuelem, & Guillielmum nitentem in ſocietatem recepiſſent, & Brunduſium, Cotronumque, & Barum urbes ſibi concederent, quas expugnare ſuis ſumtibus pollicebatur. Patres de ea re cum Pontifice adloquuti, ſuſcepto Palaeologi auro, pollicitationem, & foedus acceptant. Quod quum Guillielmus accepiſſet, iterum ſe Pontifici conciliat, maiorique auro dato ipſius amicitiam, & favorem patribus adver-

verſantibus adeptus eſt. Iamque Palaeologi copiae in Apuliam deſcenderant; quum indignati cum Pontifice Patres, quia tam potentiſſimi hominis promiſſa parvi faceret; ſecumque animo reputantes tam faede ab eis illum fruſtratum eſſe, multis altercationibus fruſtra conſumtis, impetrare hoc non potuere, ut Palaeologo aurum, quod exſolverat, reſtitueretur. In inſula quoque Siciliae ea tempeſtate motus contra Regem exorti, quibus increbreſcentibus, Siculi tamdem, ſuadente filio, in vinculis illum habuere, ob eumque metum Tancredus cum fratre conciliatus curam tuendae Provinciae a fratre ſubſcepit: quia ea tempeſtate inſulani Guillielmum Regem ſeditione procerum acrius exorta Capuae obſervabant, & Rogerium eius filium in regnum adſumſerant, illo prius ex Calabriis, quibus praefuerat, in Trinacriam revocato. Huius rebellionis plures fuiſſe cauſſas ferunt. In primis Regis natura immitis, & deteſtanda eius ſcelera, tum etiam quia inſolentior querelantibus factus aditum ſui difficilem adeuntibus fecerat; & quia conſilio cuiuſdam Maſii Bareſii, qui Admiratus Inſulae erat, uſus, omnia iniqua ſuadentis, ea ut impius & iniuſtus exſequebatur. Hunc Matthaeus Bumula unus ex Trinacriae nobilibus non adſpernen-

nandus ob eaſdem cauſſas ſua manu obtruncaverat, auctorque fuerat ſeditionis in regno exortae, regiſque deponendi, capiendique; & ſuaſor populo factus Rogerium eius filium in regnum adſciverant.

Ea tempeſtate Calabres Emmanueli Graecorum Imperatori ſe dederant. Lucani vero, & Apulorum pars, illico ut Guillielmum captum Panhormi accepere Fridericum vocaverunt. Idemque paulo poſt & Samnites fecere. Iamque contra Pontificis voluntatem Patribus tamen adnitentibus Palaeologi copiae apud Brunduſium conſidebant, civitatemque terra marique obſidione vallabant, claſſe ibidem a Palaeologo traducta.

Inſulani interea more ſuo uſi mutata voluntate Guillelmum expoſcere, & Rogerio adverſi eſſe coeperunt. Is ſeditionem & periculum metuens Panhormum, in qua urbe vinculum familiaritatis contraxerat, aufugit: ubi validiore exorto tumultu, quum armatam multitudinem cohibere non poſſet, vitaturus hoſtium tela, in Turrim Piſanam confugit, in qua ſeu ſedandi tumultus, ſeu veniam impetrandi, tempus expectaret. Ludovici Regis Franciae uxor moritur; & is Conſtantiam Theobaldi Comitis Campaniae iam defuncti filiam duxit, quum iam ſenex eſſet; & nullum ex Conſtan-

ſtantia filium ſubſcepit. Pontifex ſecundo poſt ſui Pontificatus anno Romam rediens, ingreſſu urbis a Friderici copiis, & populo prohibitus, ad Centum cellas deſcendit; unde parta ſibi navicula a Guillielmo Siciliae Rege exhibita, hortatu Ludovici Francorum Regis, quem Friderici morum taedebat, Terracinam pervenit, & eodem navigio inde ſolvens in Gallias adpulit; ubi non multo poſt in Monte Peſſulano anathema contra Fridericum publicavit.

Iiſdem temporibus Ludovico Franciae Regi natus eſt Philippus Infans, qui illi in Regno ſucceſſit, quem ſexagenarius multis tum ſuis tum etiam populi ad Deum precibus ſubſceperat. Henricus Angliae Rex contra Toloſanos movit: Sed quum Toloſae Regis Franciae praeſidium eſſet, ne quid ex pace turbaret, abſceſſit.

Interea Almericus contra Drogmonem Praefectum copiarum Aegyptiorum Regis invectus praelio ſuperatum fugavit. Inde Alexandriam obſedit, quam paucis antea menſibus Tiraminis Turcarum ductor, fraude machinata Regi, Aegyptio ademerat. Ii quum Almerici obſidionem tolerare non poſſent, ita demum deditionem faciunt, ſi eis liceat inde impune ſalva ſupellectili diſcedere, & cives Saladino reſtituantur. Haec foedera ab Almerico accepta-

ptata ea lege ſunt, ſi duo ſibi auri talenta penderent; quod & factum eſt. Et Almericus Alexandria potitus Saladino reſtituit. Tiraminis quum baptizari ſe nollet cum ſuis abire permiſſus.

Non multo poſt Almericus certior factus Saladinum ſibi inſidias tendere, & iter intercludere conantem, contra eum profectus Carras obſedit, cunctaque populatus, quae extra urbem talenta invenerat Ieroſolymam adſportari curavit. Is çivitatem occupaſſet, ni a Millione neſcio quo ſuorum Ducum, qui a Saladino pecunia corruptus fuerat, illuſus fuiſſet.

Fridericus interea homines induſtres ad Ludovicum Francorum Regem mittens cum illo egit, ut Alexandrum in concilio Papiae ſiſteret, in quo ipſe Victorem praeſentare promiſerat de utrorumque cauſſis cogniturus. Fit concilium omnium conſenſu. Demum ubi Fano fluvius Germanos a Gallis dividit, Fridericus ad diem datam eo pervenit, ibique magna ſtipatus manu Octavianum perduxit: Inde ad Fanonis pontem pervenit Ludovicus cum Henrico Rege Angliae, nec Alexandrum praeſentarunt, uti promiſerant. Negabant enim Alexandrum ad id concilium iturum, quod ipſe non inſtituiſſet. Moxque Turoni Concilium coegit. Quibus rebus auditis Friderí-

ricus ſe fruſtratum videns, multa prius cum Regibus queſtus de Alexandri levitae, & iniuriis in eum illatis, tamdem in Germaniam rediit. Octavianus Lucam urbem petivit, & ibi mortuus eſt; & ab iis, qui ſecum erant, Cardinalibus Guido Cremenſis in Antipapam electus eſt. Quidam auctores habent Alexandriam hoc anno aedificatam inter Alpium radices, & Taurinum urbem; & Mediolanum a Friderico deſtructum eſſe, Martio menſe; & VI. Idus Aprilis Albanum a Romanis incenſum.

Anno gratiae MCLXII. Guilielmus in Lucanos verſus Salernum ſubſcepit; & quotquot oppida illi finitima rebellarant. Inde Venuſium petens ſextum poſt menſem ibi caſtrametatus eſt, & civitatem deditione accepit, ubi cauſſam antiquae diſſenſionis Lucanorum cum Calabris de finibus decertantium diremit, & in lapide marmoreo his verbis portae Venuſinae adpoſuit. *In honorem Civitatis Venuſii, Lucaniae, Apuliae, & Calabriae conſociatarum exſtat. Quod legis in hodiernum diem eius rei fidem facit*. Reliquum hiemis in Apulia exercitu partito habuit.

Eo anno Henricus Angliae Rex in Toloſanos verſus a Ludovico Rege Franciae deturbatus tentatum bellum omiſit. Quo anno fames valida Galliam oppreſſit.

In-

In ſequenti anno Guillielmus in Samnium movit, Bucanumque obſedit; quod oppidum poſt duorum menſium obſidionem deditione civium accepit. Inde Papinum profectus reliquas eius Provinciae terras ſubſcepit. Nam quum Samnites eius vim ſubſtinere non poſſent ad eius miſericordiam confugerunt. Quibus tamen benignitate Guillielmi eius filii ab omni iniuria abſtinuit. Romani intellectis rebus, quae a Guillielmo in Samnio & Apulia gerebantur, quum ſe Friderici ſubſidio deſtitutos eſſe cognoſcerent, Pontifici ſe conciliant, qui a Guillielmo in Siciliam accitus, hac vocatione permotus, in regnum rediit. Inde Romam delatus nonnullos ſeditionis auctores, foedere eis non ſervato, ultimo ſupplicio adfecit. Interea omnes ferme Lombardiae civitates fame oppreſſae a Friderico rebellaverant. Ob quam rem Imperator iterum in Italiam venit anno ſalutis MCLXV. Et quia compertum habebat dediſſe cauſſam rebellioni ſuorum adminiſtrationem, qui nimis aſpere exactionibus tributorum intenti, & annonae curam negligentes, multa impie crudeliterque effecerant, blande civitates adlocutus, nulli earum noxius fuit. Ceterum omnes rebellionis cauſſas in Pontificem retulit, & eo maxime

modo in Lombardorum gratiam favoremque pervenit, receptiſque omnibus civitatibus Piſas ſe contulit; ubi Sardiniam Piſanis in feudum conceſſit X. Kal. Maii, quum illam antea Parſidonio cuidam Alemanno, quem Miniatenſibus praefecerat, conceſſiſſet. Qui a Genuenſibus delinitus, quum inſulam relinquere nollet, ex Sardinia a Piſanis pulſus, & captus eſt. Qui poſtea ab Imperatore, amiſſa interim inſula, carcere ſolutus eſt. Eo anno Fridericus Gualduinum Alemannum Comitem Volaterrarum creavit. Et duodecim Piſanorum triremes Corſos, qui a Piſanis defecerant, Genuenſibus adimunt, redeunteſque Civitatem veterem expugnarunt Imperatoris iuſſu, qui a Pontifice diſſentiebat.

Per ea tempora Emmanuel Graecorum Imperator, Venetis hoſtis factus Stephanum Hungariae Regem belli ſocium adſumit. Claſſe inſtructa Iſtros, Polam, Pacentiam, & Emoniam, occupant. Deinde in Liburnos profecti Arbenſes ſubiiciunt. Qua tempeſtate Stephanus ſimulata cum Venetis amicitia duas Hungarorum virgines nobiliſſimas duobus Ducis Venetorum filiis in matrimonium copulavit, ſed rupto foedere, & eorum immemor adfinitatis, Spalatrum, Ixagariumque a Venetis rebellantes, ſubſcepit, & tamdem Iadrenſes in
re-

rebellionem pellexit. Quibus etiam temporibus Anconitani item in Emmanuelis ſocietatem adſciti Venetos mari infeſtabant; eorumque triremium Dux Guiſcardus quidam cum quinque triremibus a Venetis captus, laqueo ſubſpenſus necatur.

Anno Gratiae ſexto, & ſexageſimo ſupra milleſimum & centeſimum claſſis Veneta Hungarorum praeſidium Iadra deturbavit. Ducentos ex ea cives obſides dati Venetias perduxere; & ea pars murorum, quae ad mare vergit, ſolo aequata eſt. Qua fama Dalmatae terrefacti, eiectis Hungaris, Graeco Imperatori ſe dediderunt. In iis intentus Emmanuel omnia Venetorum navigia, reſque eorum, & negotiatores, qui ſua oppida incolebant, ad ſtatutum diem diripuit. His calamitatibus permoti Veneti, dum ad illum pacificandum erant intenti, viginti eorum naves ex his, quas Emmanuel interceperat aufugientes, tantum animi ſuis dedere, ut aucta navium claſſe Tragurium diripuerint, Ragúſiumque, inde in Negropontum advecti, quum eam difficilis eſſe expugnationis vidiſſent, Chium perrexere. Ea inſula occupata, quum exorta in exercitu peſtis vehementius increbuiſſet, nautaeque ob eam rem miſſionem expoſtularent, idque eis non concederent, facto ab iis tumultu Michael eorum Dux vulne-

ratus occubuit. Quo defuncto Veneti eidem claſſi Sebaſtianum neſcio quem eorum civem ſuffecerunt in Ducem. Quae claſſis elapſa loco, ſparſaque per Cycladas vagatur.

Ceterum Fridericus iam in agrum Bononienſem deſcenderat; unde parte copiarum in Etruriam tranſmiſſa Antipapā Lucae morantem pauliſper adrexit. Ipſe ad ſiniſtram flectens Anconam pervenit, obſeditque civitatem; & illam Alexandro prius faventem infeſtam reddidit. Mediolanenſes poſt Barbaruſſae diſceſſum Laudenſium favore freti eorum civitatem reaedificavere, & cives, qui hactenus profugi fuerant, unum in locum coegerunt. Sunt qui velint hoc anno Almericum Regem Ieroſolymitanum deceſſiſſe e vita, ſed parum id conſtat.

Interea Guillelmus Siciliae Rex Panhormi obiit, omnium flagitiorum vita deteſtabilis. Cui e contra Guillelmus omnium virtutum, & bonarum artium plenus, ſucceſſit in Regno, & Bonus Guillelmus dictus eſt. Vixit autem Guillelmus eius pater annos XXXXVI. & ſepultus eſt apud Montem Regalem in Eccleſia Cathedrali.

Anno MCLXIX. tres ſoles in Occidente viſi ſunt, illiſque paulatim evaneſcentibus tres Lunae diverſorum colorum ſimul

ſimul viſae ſunt. Et paulo poſt in Sicilia terraemotus ingens factus Catinam urbem prope ſubvertit, in qua eius urbis Epiſcopus cum omni Clero, & ferme quindecim millia hominum ex omni ſexu periere; & quarto Kal. Iulii multo maiores in Aſia facti ad ducenta millia hominum in eorum civitatibus adtrivere, & magna Antiochia perhorruit. Quo anno filii Regis Angliae contra patrem inſurgentes gravi bello impliciti Anglos ad intentionem propriam deduxere. Tamdem Henricus eorum pater apud Montem Laudacium cum filiis pacificatur. Deinde Novembris menſe tanta aquarum inundatio facta eſt, ut ſata omnia in Pariſienſi agro devaſtarit; ex quo fames valida ſequuta eſt. Et Mathildes Imperatrix mater Henrici Regis Angliae naturae conceſſit.

(1) Anno Gratiae MCLXX. Florentini cum Arretinis bellum moverunt ob ſubſceptam Comitum Guidorum ab Arretinis defenſionem, contra quos Florentini pluribus annis bellum geſſerant, varia utriuſque partis fortuna. Et tamdem menſe Novemb. Arretini a Florentinis magno victi ſunt praelio, pacemque ab eis petentes ſatis honeſtis conditionibus accepere. Quo tempore Florentini diſſidentes cum Senenſibus de

 op-

(1) Haec omnia fuſius luculentiuſque narrat *Villanius Cap. V. Cap. VI. VII. VIII. & IX. Lib. V.* Mecatt.

oppidi Staggiae, deinde cum ipſis de praeſidio & munitione Montepolitianum immiſſa, auxilioque illis civibus praeſtito contra foedus cum Senenſibus prius ictum, gravibus odiis decertabant. Commiſſo apud Aſcianum praelio Senenſes victi magnam calamitatem ſubſcepere. Deinde ignis male noctu ſervatus ab anu, quae iuxta pontem veterem Florentiae incolebat, Auguſto menſe vagatus loca ponti finitima gravi conſumſit incendio. Ex quo omnis ſuperiorum temporum laetitia, qua tota urbs agitabatur, paene ſublata eſt. Et paulo poſt ſuccenſa e ſimili clade alia Florentiae regio, quae ſuos cultores magno adfecit incommodo. Propter quod Vberti animis aucti, quum diſſentirent plebi, bellum Florentinis eorum civibus indixere. Sed propinquus urbis hoſtis, & intra moenia receptus ab iis quum fuiſset, decertantes miſerrimam & calamitoſam urbis faciem effecere.

Anno MCLXXII. Miniatenſes amicitiam cum Piſanis & Florentinis firmarunt quibuſdam legibus, in quibus cautum, ne quid ambae partes contra Romanum Imperium molirentur.

Iiſdem ferme temporibus Emmanuel Imperator miſſis Romam Oratoribus Pontifici conciliatur; cui pollicitus eſt Eccleſiarum obedientiam, & pecuniae ingentem nu-

numerum, ſi Occidentale Imperium Friderico pulſo ſibi reſtituere vellet. Quae Pontifex non adſpernatus ſeptimo ſui Pontificatus anno Oratores ad haec exploranda tractandaque Conſtantinopolim miſit. Quo ferme tempore Romani contra Albanos Tuſculanoſque egreſſi initio aeſtatis contra Pontificis voluntatem eorum agrum depopulati ſunt. Odii autem, & profectionis cauſſam fuiſſe ferebant, quia illis tributa immoderatius a Romanis impoſita ſolvere recuſabant. Praeerat illis ea tempeſtate Raimo Comes, quem ſupra diximus ab Innocentio ſecundo, & Lothario Ducatui Apuliae fuiſſe praepoſitum, quem quum Rogerius Apulia pepuliſſet in Tuſculanum ſe contulerat. Vir ingenio ferox accitis ex Nepeſi, & Sutrio Germanis contumeliam ſibi illatam ulturus Romanos inconſulte vagantes adgreſſus eſt, tanta civium ſtrage, ut parem Cannenſi cladem Populo Romano intuliſſe feratur. Conſtat enim numquam poſtea Romanos vires ſuas, uti ante eam diem fecerant, extuliſſe. Nam Germani ad moenia uſque urbis Romanos fugientes cum equitatibus inſequuti paſſim illos caedebant. Huius cladis Fridericus certior factus, rei atrocitate permotus, & Romanorum miſericordia compulſus, propere, Ancona relicta, Romam petivit, caſtra-

que in Pratis Neronianis poſuit. Petri Baſilicam, quum Vaticanum a Gallis occupatum expugnare non potuiſſet, incendit. Pontifex eius adventu perculſus, omiſſa Petri Baſilica Laterani in Frangipanenſium domus ſeſe cum Patribus receperat. Guido Antipapa a Friderico in arce Sancti Petri relictus, tamdem obiit; cui Iohannes Pannonius ſuffectus eſt, vir infamis, & pridem furti damnatus.

Poſt haec Fridericus duorum Pontificum cauſſas in arbitrium Populi Romani ſe permiſſurum dictitans, quum Romanos ad rei cognitionem inclinatos tamquam terminandam Pontifex accepiſſet, noctu cum paucis Caietam profugit, inde Beneventum perrexit. Potitus Roma urbe ex populi benevolentia Fridericus fuiſſet, niſi ſuorum caſtra peſtis valida invaſiſſet. Igitur eo metu perculſus exercitum in Lombardiam perduxit ſimul, ut aliquot etiam eius Provinciae civitates, quae iterum ab eo rebellarant, oppugnaret. Sed quum iam ob gentium multitudinem ſublatam non poſſet uti exercitu, in Germaniam rediit. Hunc hoſtes ad Alpes uſque inſequuti turpem illi neceſſitatem fugae impoſuere.

Eo tempore Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, qui in ſacris literis Sententiarum libros edidit, claruit. Romani

poſt

poſt Friderici, & Pontificis diſceſſum, in Albanos, olim eorum Patriam inlati, ipſorum moenia diruerunt, & cives Romam perduxere. Idem in Tuſculanos feciſſent, ni metu Pontificis deterriti a parato conſilio abſtinuiſſent.

Interea Emmanuel nihilo minus per Internuntios ad ea, quae prius tentaverat, maiores pollicitationes adiecit; quamquam a Pontifice recuſatae, & ipſe ſpretus eſt. Paulo poſt Pontificis diſceſſum, Raimo ſibi ob cladem Romanis inlatam timens, Iohanni Antipapae Tuſculum tradidit, ea praeſertim lege ut ipſe Montem Faliſcum, quem nunc Montem Flaſconem vocant, a Germanis ſubſciperet, qui eo in loco a Friderico relicti in Antipapae praeſidium continebantur. Sed is qua a Tuſculanis die fuerat admiſſus, eadem eiectus eſt; & Raimo a Faliſcis non receptus, quum Tuſculum rediret, porta prohibitus, Verulas ad Pontificem ſe contulit cedens illi ius omne quod in Tuſculanis habebat; ob quod cives non inviti ſe Pontifici tradidere.

Poſt haec tempora Fridericus Pontifici conciliatus quum ſtatuiſſet bellum Aſiaticum ſuſcipere quia Chriſtianos acceperat maiorem in modum diminutos, debilitatoſque; & Nordinum Turcarum Regem graviter aegrotaſſe, ad Pontificem venerat; quumque

ab

ab eo ad ſuſceptum propoſitum hortaretur ſatiſque ad eam uſque diem Pontifex adſereret pro Italia eſſe pugnatum; reſtare illi ad ſalutem & decus Romani Imperii, ut contra Barbaros communes Chriſtianorum hoſtes in Aſia decertaret, quos maiorem in modum a Paladino Nordini filio oppreſſos intelligebat; habere ante oculos ſuorum maiorum tot exempla virtutis, & eorum praeſertim, qui ſuperioribus annis cum Gottofredo, & Boamundo, ceteriſque eiuſdem expeditionis ducibus, in Aſiam transfretarunt; ſi paullum adiuvaretur, & quas poſſet copias compararet, haud dubiam ſibi victoriam eſſe paratam. Rem propterea factu facilem, & ſibi peropportunam, nec eſſe a Chriſtianis timendum, quum ſe auctore proficiſcatur. Et iam feliciſſimæ expeditioni intentum, exiſtimare poſſet, neminem contra eum arma ſumturum, utpote qui ſcirent Pontificem eſſe paratum omni conatu res ſuas tutari, illaſque curae, commendatiſſimaſque habere. Haec etſi Fridericus maxime cupiebat, tamen conſilium ſuum Pontifici aperit; ſe cum paucis prius in Aſiam proficiſci cupere, quo itinere ſitus, regiones, flumina, portuſque recognoſceret, primores hoſtium congreſſus, arma quibus uterentur, & cetera, quae praeciſe, & maxime ſibi utilia fore ſpera-

ra-

raret. Hortatur ad eam rem Pontifex, conſilium conlaudat ſuum, atque ab eo expoſcit, ut unum ex ſuis Sacerdotibus ſocium ſui itineris ſumat Mauritium nomine. Adnuit Fridericus, nihil mali a Pontifice, ſubſpicans. Fama eſt Pontificem Friderici imaginem clam a pictore in tabella expreſſam Mauritio cum litteris ad Saladinum transferenda dediſſe. Quibus literis omnium, quae a Friderico agebantur, certiorem faciebat, hortabaturque Saladinum, ut cum omnibus Chriſtianis pacem adpetat, quam non aliter conſequuturum adfirmabat, niſi prius Friderico oppreſſo, quem pacis inimicū, & quietis ſemper acceperat. Imperator poſt haec Imperio, & rebus Italiae Pontifici commendatis, benedictioneque ab eo ſubſcepta, omiſſis Imperatoriis ornamentis cum Mauritio, & ſuis, alio ſe profecturum adſimulans magnis itineribus Brunduſium venit. Et exſtant ab hoc tempore in Archivo Neapolitano eius literae Capuae II. Maii datae, & aliae pridie nonas Brunduſii. Inde navi impoſitus in Aſiam transfretavit.

Erant ea tempeſtate Saladino cum Chriſtianis induciae; nam pater Nordinus iam vita exceſſerat. Imperator primo Saladinum viſurus ad eum accedit. Mauritius, uti fuerat a Pontifice edoctus, literas dat, eique rem omnem aperit, cuius gratia mitte-

te-

tebatur. Quibus per interpretem perlectis Fridericum ad ſe adduci iubet, atque in abditam aedium partem perduxit, manuque illum adprehendens proprio nomine ſatis hilari vultu compellavit. Fridericus primo ſtupidus diſſimulare, alia deinde fingere; poſtremo omnibus modis negare ſe Fridericum eſſe coepit. Tunc Saladinus; nihil eſt, inquit, quod neges Friderice: bono animo ſis. Erat in primis Saladinus, quamquam religionis expers, bonarum artium plenus, iuſtitiae & pietatis cultor, humanus pariter, & clemens, & vi animi & corporis ſingularis, & munificentia inſignis. Quum Imperatorem timidum & vitae diffidentem videret; illum amplectens deoſculatus eſt. Deinde multa in illum cum benevolentiae, tum & amicitiae, ſigna oſtendit, erat enim ipſe Soldanus Friderici videndi cupidus, & fama rerum geſtarum ipſius virtutem & magnitudinem cognoverat, palamque illi Pontificis litteras, & tabellã picturae obtulit; quae is ut ex literis Pontificis & ſui imagine ſibi oblata proditum ſe eſſe cognovit, ſe Fridericum eſſe, & omnia, quae ſcribebantur, vera eſſe, fatetur; oratque cum ab eo proditus ſit a quo minime debebat, ut ſui miſereatur (1). Tunc Sa-

(1) Fabula videtur id, quod de Pontifice narratur

Saladinus adridens venia illi condonata ius iurandum ab eo expoſcit, ut quamprimum in Italiam redierit, condignam tanto ſceleri poenam Pontifici irrogaret. Quod Fridericus non ſolum promiſit, ſed etiam iuramento firmavit. Poſtremo Saladino pollicetur ſe pro tanto, & tam amplo beneficio in perpetuum ſibi iuvare, & gratum fore. Sunt qui dicant Fridericum auro ſe a Saladino redemiſſe. Alii in fidem promiſſorum Saladino expoſcente Corpus Chriſti Domini in Hoſtia conſecratum in pignus illi reliquiſſe. Nonnulli ficta haec eſſe, & multa praeterea, ab iis, qui Pontificis invidiam, quae poſtea exorta eſt, & belli atrocitatem, leniri poſſe putabant (1). Ceterum Mauritius a Saladino humi vivus defoſſus eſt. Nos eam rem per magnitudinem

tur *Bonincontrio* nec tantum ſcelus in Alexandrum III. virum probum & doctum cadere poterat. Et ſi rumor aliquis ita ferebat, recenſendus eſt inter calumnias, quas Fridericus contra hunc Pontificem ſpargebat: nam huius rei veſtigium apud claſſicos Scriptores non invenitur. *Lamius*.

(1) Hanc fabellam eſſe, remque a veritate prorſus alienam, ſatis ſuperque probant, & amicitia Friderici deinceps cum Pontifice inita, & contra Saladinum bellum illatum, & tanti Pontificis nomen & gloria; ideoque bene addit Hiſtoricus noſter, hanc rem per magnitudinem ſuam parum compertam haberi. *Mecattius*.

nem ſuam parum compertam habemus. Ceterum eius rei fides apud ſuos auctores erit.

Primus Friderici in Italiam adventus in Trinacriam fuit, unde fama tantae rei primo per omnem Italiam, & deinde per totum orbem vulgata, magnam Pontifici invidiam conflavit. Literae praeterea Friderici Chriſtianis duae redditae Pontificis ſcelera deteſtantes, graves in eum inimicitias excitarunt.

Interea Pontifex cum in Regno Neapolitano, tum aliis in Provinciis, populoſas civitates a Friderici fide averterat. Sed poſtquam de eius adventu in Trinacriam Pontifici innotuit, ingens eum terror & formido occupavit. Iamque urbi non fidere, nec in publicum prodire audebat, latitando per Italiam, & ſaepe latebras mutando, tamdem Venetias aufugit; ubi quum incognitus in aede Caritatis eſſet, quidam ſacerdos miſsarum ſolemnia celebrans quum aliud verbum promere vellet, Dei miraculo factum eſt ut exprimeret -- *Ecce Sacerdos magnus* -- qua voce adſtantes permoti, & ſoliciti in tanta re loca religioſa quum diligentius ſcrutarentur, tamdem Alexander in loco ibi latitans repertus eſt, qui deinde a Venetis honorificentiſſime receptus multa

co-

eorum rogatu grata, & ſalutaria, conceſſit. (1)

Per haec tempora Beatus Thomas Anglicus in Sanctorum numero adſcriptus eſt, qui miraculis pollens in praeſentem uſque diem in Anglia celeberrimus reputatur; ſancitumque iiſdem temporibus ex foedere Henrici Regis Angliae, ut nemo illi regno ſuccedat, qui non ſit a Pontifice electus. Exortum deinde atrox bellum inter Henricum hunc & eius filium, quod brevi a Legatis Pontificis ſublatum eſt. Interea Fridericus in Calabrias profectus provinciam omnem, deinde Apuliam, recuperavit. Deinde in Picenum & Aemiliam, & inde in Lombardiam, pervenit, ubi multitudine validioris exercitus fretus, non ut ſuperioribus fecerat annis, benigne civitates, quae ab eo alienatae Pontificis auctoritate fuerant, excepit; ſed vi, & belli artibus urbes adgreſſus Secuſam primo dolo captam delevit. Deinde Aſtenſes eo metu permotos in deditionem ſubſcepit. Inde Alexandriam pergens, illam quatuor obſeſſam menſibus, quum hiemis aſperitate permotus, cuniculis urbem adgrederetur, trucidati eius milites, & erumpente in ſuos populo magnam ſtragem ſubſcepit. Ex quo Papiam

(1) Neſcio an horum quaedam fabellam oleant. *Lamius*.

piam re infecta petens hoſtibus obviam factus, duorum menſium inducias cum eis pactus eſt. Quo tempore bellum in Etruria inter Florentinos & Senenſes exortum Friderici auctoritate ſublatum eſt. Interea Veneti, quos iam Emmanuelis bellum fatigaverat, Henricum Dandalum eorum civem ad eum Legatum mittunt, pacem petentes. Qui quum licentius damna ab ſuis contra ius Venetis illata commemoraret, contra ius gentium ab Emmanuele excoecatus eſt. Qua iniuria permoti Veneti inducias in annos quindecim cum Guillielmo Siciliae Rege firmarunt, & cum Friderico item pacificati foedus cum eo perculſere.

In Aſia vero Almericus Rex Ieroſolymitanus, quum diutius Carras obſediſset, crebriſque populationibus Aegyptum eſset depopulatus, ab ſuis illuſus, pecunia tamdem ab iis accepta, obſidionem reliquerat. Haec Vrbi Babyloniae finitima eſt.. Nam quum tres eius nominis fuiſse inveniã, hanc ſolam inhabitari compertum habeo. Prima enim iſta erat ſuper fluvium Chabarim, in qua Nabuchodonoſor regnabat: ſecunda eſt in Aegypto, in qua Pharao imperitabat; & hae inhabitatae ſunt. Tertia eſt haud multum a Carris diſtans, in qua Solidanus regnat. Ceterum iis peractis Almericus Aſ-

ca-

calonem obſederat ; unde re infecta inopia rei frumentariae diſceſſit, & paulo poſt interiit. Alii volunt eum mortuum eſse anno ſalutis MCLXVII. quod eſse non potuit, quum regnaverit annis XVII. Cui Baldovinus filius, ſextus Ieruſalem Rex, ſucceſſit in Regno; qui etſi lepra correptus, ſtrenue tamen ſibi commiſsum regnum adminiſtravit. Hic noluit uxorem ducere propter aegritudinem, qua infectus tenebatur. Fuit enim vir prudens, & animo excellenti.

Fridericus item maiori contracto exercitu pacem ab Alexandrinis & eorum ſociis petitam recuſavit, populatuſque Mediolanenſes & Cremonenſes, magnis utroſque adfecerat incommodis. Quo tempore Alexandrini Epiſcopum ab Alexandro Pontifice ſubſceperunt. Anno gratiae MCLXXV. & Pontificatus ſui anno decimoſeptimo tertio Idibus Februarii igneae faces in Septentrionali plaga fulſere.

Brixienſes interea, & ceteri eius belli ſocii, a Pontifice concitati Mediolanenſibus opem petentibus ſubſidium dare ſtatuerunt. Qua propter praemiſſis ſexaginta equitibus a Germanis Catocium uſque fugientes inſequuti ſunt. Vbi commiſſum cum ceteris praelium diverſum, & anceps fuit. Tamdem ſignifer Imperatoris pugnans con-

 ſoſ-

foſſus eſt, & aliqua ab hoſtibus capta. Tum de integro inſtaurata pugna cruentior facta eſt. Quod Fridericus animadvertens, ingreſſus ipſe praelium, rei militaris inſigne documentum ſuis oſtendit. Ter equo praecipitatus ſuorum opera ſuper alio invectus multos ſua manu hoſtes occidit. Sauciatus in terram deiectus eſt, & paene ab equorum pedibus attritus. Tum vero magna Papienſium & Germanorum occiſio facta, qualis numquam antea facta erat, ubi Fridericus ipſe ſibi conſulens incognitus pedeſter pugnans vagabatur, & adnacto ſuorum equite, illius beneficio cruentas hoſtium manus aufugit. Interea rumor erat Fridericum in praelio mortuum eſſe, & eius rei tam conſtans fama fuerat, ut eius uxor, quam ipſe Comi reliquerat, virum luxerit, & mortuum credens eius cadaver a Mediolanenſibus poſtulaverit, quum ille Papiae repente adparuit. Sunt qui ſervati Principis decus ad Henricum filium deferant; alii ad Tium Miniatenſem, cum quo Papiam perveniſſe comperio. Nonnulli ad Papienſem Equitem. Parum de filio conſtat. Nam ea tempeſtate illum Germanis praefectum invenio a Patre, & ſecum Italiam non petiiſſe. Poſt eam cladem Fridericus, dum eius vulnera curabantur, Legatos ad Pontificem Ananiam, ubi iam redierat, miſit,

ſit, pacem impetraturus. Pontifex ſe eam illi daturum pollicetur ea lege ſi a bellis quieſcat. Statuuntque ut Imperator Mantuam, & Pontifex Bononiam ſe conferant, ut propiores facti melius de pace conveniant. Nec minus propterea Fridericus quietus erat. Nam poſtquam Mantuam venerat, tantis calamitatibus Cremonenſes, Tordonenſeſque adfecerat, ut ii ab eorum ſociis deſtituti inopia & vi coacti Imperatori ſe dederint. Interea Pontifex duodecim triremibus, quas a Guillielmo Siculo acceperat, a Fragoro monte ſolvens, Venetias ſe contulerat, a quibus honorificentiſſime ſuſceptus eſt. Sex deinde Cardinales ab eo Bononiam miſſi, ne Fridericum Pontificis profectio deterreret, aut ſe fruſtratum ab eo diceret. Imperator ad expoſcendum a Venetis Pontificem miſit, quibus illum non dedentibus Othonem filium claſſi praefecit Piſanae. Qui cum Venetis concurrens captus eſt, & Venetias perductus. Sed ea tempeſtate antea Piſani omni Sardinia Genuenſes fugaverant. Qui ad res contra Piſanos novandas eo profecti magno cum adparatu fuerant. Et decimoquarto Kal. Decembris iterum Genuenſes magna cum clade ſuperantur. Iiſdem temporibus Saladinus Nordini (1) filius ſuum regnum ſtabiliverat. Is erat omnium eius gentium fortiſſimus,

(1) Sunt qui habeant *Noradinus*, ut *Platina*. Lamius.

mus, potentiſſimuſque, qui duas Aſiae provincias iiſdem temporibus ſibi ſubiecerat. Agyptum Ciliciae, & Syriam, eorum Regibus praelio ſuperatis, & captis. Qua victoria elatus, Chriſtianos in tota Aſia commorantes attrivit. Quum Balduinus Rex eius copias apud Aſcalonem fudiſſet, & mox altero apud Tiberiadem praelio viginti millia barbarorum fugaſſet. Saladinus iiſdem ferme temporibus, quibus Fridericum dimiſerat, praefecerat Aſiae, Armeniae, Ciliciae Solidanum quemdam gente Turcam, qui paucis copiis fidens Saladini potentes provincias obtinebat. Guillielmus Siciliae Rex uxorem duxit Ioannam Regis Angliae filiam, occaſionemque recuperandi regni nactus, coacto undique exercitu, in Calabriam transfretavit, eoſque ſibi, & patri olim rebelles conciliavit. Facionum autem capitis ultimo adfecit ſupplicio; ingentes nonnihil ſaevitum. Inde his ſubactis in Apuliam penetravit, quam mox ſuam effecit, defectionemque, quam fecit, diſſimulans, vir ingenio mitis dimiſit impunitam. Ob quã rem quum e provincia diſceſſiſſet iterum perfidi homines rebellarunt. Quare non amplius ignoſcendum ratus in Barenſes, Sipontinos, & Tranenſes tribus exercitibus ſe convertit, & ea moenia olim a Traiano aedificata demolitus eſt. Cives

loco

loco habitare inhibuit; Sipontum, quia rebellionis initium fuerat, penitus delevit, incolaſque duomillia paſſuum urbi adpropinquare prohibuit. Barenſibus vero maximam urbis partem ademit. Ceterum undecimum poſt annum Tranum, & Barum ab Iohanna uxore inſtaurantur; propterea deinde in Siciliam rediit. Emmanuel quoque eadem ferme tempeſtate Ciliciam provinciam ſibi ſubiecit, ingreſſuſque minorem Aſiam Cimeum primariam eius Regni urbem obſedit. Solidanus vero, qui ad id Regni adſpirabat, cum decem millibus equitum in propinquo urbi colle conſederat, petenſque per internuntios ab Emmanuele, ut civitate ſibi retenta, aliqua eius Provinciae caſtella ſuae ditionis remanerent; ita demum ab Emmanuele impetravit, ſi deinde abſens ſpem praeſidii obſeſſis denegaret, foeduſque, & amicitiam cum eo faceret. Sed hae pacis conditiones repente ab Emmanuele infractae ſunt. Ob quod indignatus, Solidanus fugam ſimulans in quibus commodius poterat vallibus occultiſſimis exercitum locavit, quem Emmanuel fugientem ratus, non exploratis itineribus inſequutus in inſidias praecipitatus cum omni ſuorum exercitu captus eſt, paulloque poſt ea lege dimiſſus, ſi quas prius ceperat urbes ſibi reſtitueret, ſimul & illi re-

gno finitima, quae prius Emmanuel ſuae ditionis effecerat.

Interea Oratores Friderici Venetias ad Pontificem profecti ſunt, Bononiam Imperatori ſuſpectam adſerentes. Auditi benigne à Pontifice. Ferrariam urbem pro conventu habendo Patres deligunt, rurſumque mutata voluntate Venetias utrique convenire placuit. Quo tempore firmata eſt Venetiis pax, magna Venetorum gloria, Othone Imperatoris filio plurimum adnitente; cautumque eſt ex foedere ne Fridericus Guillielmo Regi Siciliae, & ſociis Lombardiae Civitatibus, per ſex annos bellum inferret, aut a quoquam inferri pateretur; & inde in S. Marci quum Imperator ad pedes Pontificis procubuiſſet ex more, Pontifex arctius Friderici collum preſſit, inquiens, Super aſpidē & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, & non timebis tibi. (1) Tunc Imperator: non tibi, ſed Petro; at ille inquit, & mihi & Petro. Deinde pedem Pontificis deoſculatus, Alexander manu illum adprehendens oſculatus eſt. His peractis Fridericus per Ravennā, & Bertenorum ſe contulit, nixuſque id oppidum ſibi retinere, a Pontifice rogatus Eccleſiae Romanae reſtituit. Alexander cum quatuor

& de-

(1) Putida fabella haec eſt, ut viri docti oſtenderunt. *Lamius*.

& decem Guillielmi triremibus, & quatuor Venetis Sipontum adpulit. Inde per Apuliam Troiamque recto itinere Beneventum pervenit, aliquotque ibi immoratus diebus per Caſinatem agrum Ananiae conſedit. Quo tempore Ioannes Antipapa in Albani cavernis latebat.

Romani dudum Pontifici adverſi quum fuiſſent, reconciliari ſe petiverant. Pontifex, quo id facilius fieret Tuſculum ſe contulerat; qui ne tractare quidem, nedum efficere, potuit ut Conſules quinquageſimo iam anno continuati, tollerentur. Cautum tamen, ut qui deinceps eſſent creati, iurarent in fide Romanae Eccleſiae permanſuros. Cetera magis ex Romanorum voluntate, quam Pontificis, peracta ſunt. Deinde Pontifex Romam rediit, conciliumque Laterani coegit, in quo inter cetera ſancitum, ne quis nauta, aut quivis alius, barbaris munitiones aut arma importaret. Qui faceret illud, contra omnium Chriſtianorum ſalutem feciſſe iudicaretur, & poenam aeternae damnationis incurreret.

Eo anno Emmanuel mortuus eſt, & teſtamento ſibi ſucceſſorem inſtituit Alexium filium adoleſcentem, cui Agnetem filiam Philippi Regis Franciae deſponſarat, tutorque ſibi teſtamento datus eſt Andronicus quidam vir ſtirpis regiae, qui pueri

tutelam & adminiſtrationem ſubſceperat. Baldovinus ea tempeſtate morbo correptus interiit. Is Sibyllam ſibi ſororem Guillielmo fratri Montisferrati Marchioni cognomento Longaſpada in matrimonium copulaverat, quae ſibi eodem anno Baldovinum filium peperit. Is fuit ſeptimus Ieroſolymitanus Rex; & Ludovicus Rex Franciae eo anno mortuus eſt, videlicet MCLXXX. cui Philippus ſucceſſit.

Per ea tempora in Gallia in agro *Senonico* a Palteudo oppido, virgo aegritudine debilitata, ita ut ſtrato adſurgere ſine alterius auxilio non poſſet, ab Angelo nutriebatur; & in feſtivitate Beatae Virginis ad coelum raptae uti mortua iacebat. In ſe deinde reverſa adfirmabat ſe in coelo cum Angelis fuiſſe, & vidiſſe Dei gratiam(1), quam efferre voce ulla non poſſet; ſolem terra maiorem, ipſamque terram inter aquas diſperſas in pilae formam redactam pendulamque eſſe ab igne, & aëre circumſeptam, horum rationes advertens veluti ſi Aſtronomiae ſtuduiſſet(2). Et apud Aurelianum Ho-

(1) Forte, gloriam. *Lamius*.

(2) Non mirum haec illam dixiſſe, quum iſta a multis iam crederentur, & docerentur, ſeu ad Latinos veteres, ſeu ad Graecos reſpexeris, ut in *Tractatu de Antipodibus*, quem adoleſcens compoſui, antiquorum dictis in medium prolatis oſtendi. *Lamius*.

Hoſtiae partem, quam Sacerdos diviſerat, cruore, ac ſi caro eſſet, fluere viſa eſt tum ab Epiſcopo, tum etiam ab omni populo (1). Quae res homines ad turbationem miram adtraxit.

Fridericus Imperator cum Duce Saxoniae pacificatur; ita tamen, ut Saxoniae Dux non prius ſuum acciperet Ducatum, quin ſex annis exſulaſſet. Qua ex re cum uxore, & filiis, cum Guillielmo, & Othone, qui poſtea Imperator fuit, apud Regem Angliae eo tempore diverſatus eſt.

Alexander poſt haec Romae interiit. Cui Lucius III. in pontificatu ſucceſſit Luca Etruſcorum urbe oriundus, & nobilitate conſpicuus. Principales Franciae Duces contra Philippum Regem conſpirant, qui Burgundiorum fretus auxilio, ſe ab iis tutum reddidit. Iis Fridericus quum ex Germania auxilia ſubmittere vellet, Rex ab Henrico Angliae Rege auxilium expetivit. Quibus praeſtitis eo intermedio pax tamdem cum Proceribus & Rege firmatur.

Andronicus Alexii tutor ad imperium adſpirans quotquot Philippi Regis erant Con-

(1) Simile miraculum Florentiae in D. Ambroſii contigiſse narrat *Io. Villanius*; deque eo peculiarem *Aug. Cultellini* tractatum habemus; & eius rei quotannis Dominica infra octavam Corporis Chriſti ſolennis commemoratio celebratur. *Lamius*.

Conſtantinopoli nobiliſſimos quoſque cives interfecit ; novoſque ſibi clientes parans veterum oblitus, nemini carus, & acceptus erat . Longaſpada interea Ieroſolymis obiit, relicto parvo filio. Cui Baldovinus conſulturus Guidoni Luſignano Pictavorum gente oriundo Sibyllam in matrimonium copulaverat ea pactione , ut ſi ſe mori contingeret , Guido pro Baldovino nepote, quoad adultae eſſet aetatis, Regnum Ieroſolymitanum gubernaret , moxque illi regiam poteſtatem permitteret.

Interea Pontifex dum Romae pro Conſulibus deponendis conſilia machinatur, Vrbe a Populo Romano pulſus eſt . Eius fautoribus oculi effoſſi ſunt . Pontifex Veronam aufugit , ubi concilium habuit pro ſubventione facienda iis, qui expeditioni ultramarinae erant intenti.

Guido inſolentior ob Balduini tutelam factus a Baldovino Rege amotus eſt , & Raymundo Beltrando Comiti Tripolitano tutela permiſſa eſt, & puer in Regem unctus, & coronatus eſt. Raymundus tutor puero datus, impeditus a Sibylla matre, & a Guidone eius viro, tutelam reliquit. Sed Baldovinus ipſe puer octavo poſt menſe vita deceſſit, cuius mortem tamdiu caelavere , quoad a Patriarcha Ieroſolymitano , & Primoribus urbis in ſuam voluntatem muneri-

bus

bus adlectis Guido Rex creatus eſt. Is fuit octavus Ieruſalem Rex. Quam contumeliam Raymundus aegre ferens iniurias ulturus cum Saladino inducias firmat. Ob quam rem Galilaeae, & Tiberiadis Principatus paene a Chriſtianorum favore alienati noſtris incommodo, & miſeriae fuere. Parabant enim ea tempeſtate Galilaei, ob ſponſam noviter acceptam Raymundo, ſe a Barbaris tutari. Quo tempore Saladinus Ieroſolymam invaſit; & omnia prius depopulatus extra urbem erat; ſacriſque incenſis aedibus ibi conſedit. Ob eam rem Heraclius Patriarcha Ieroſolymitanus, auxilia imploraturus Romam ad Pontificem venit, inde ad Philippum Franciae Regem. Qui cruce ſignatos, & ſuorum militum partem, ad Pontificem miſit, ut Ieroſolymam properarent. Henricus Iunior Rex Angliae in Lemovicino agro apud Marcellum oppidum obiit, & apud Rotomagum ſepultus eſt. Philippus Rex Franciae Iudaeorum Synagogas per omnem Galliam dirui iuſſit, & ſeptem millia Gotarellorum apud Veturgiam caeſi a Francis ſunt.

Ea tempeſtate Guillielmus Siciliae Rex ſuorum ulturus iniurias, qui Conſtantinopoli eiecti fuerant, contra Andronicum movit, Theſſalonicam Macedoniae urbem ſubſcepit, multaſque praeterea tum Graeciae,

tum

tum & Thraciae civitates, Andronico ſuis non occurrente, utpote qui civibus infenſus, omnibus inviſus & deteſtabilis factus urbe egredi non audebat; nam quorum adfines necaverat, & quos in auxilium miſerat, iam in unum conveniſſe acceperat, ſibique excidium machinari. Haec quum cives animadverterent Iſaacium quemdam regia ſtirpe creatum Peloponneſo revocant, & Imperatorem dicunt. Qui urbem ingreſſus Andronicum pluribus vulneribus obtruncatum occidit, & cum Guillielmo pacificatur.

Fridericus per ea tempora omnes Etruriae civitates agraria lege privavit praeter Piſanos, & Miniatenſes (1). Piſtorienſibus etiam partem eorum agri reliquit.

Lucius Pontifex milites, quos a Philippo Rege ſubſceperat Guillielmo Siciliae Regi in Aſiam ducendos permiſit. Quo tempore Fridericus Henricum filium ſuum Italiae praefecit; & Iadrenſes a Rege Hungariae defecere.

(2) Florentini, qui in Etruria ea tempe-

(1) In Oppido S. Miniatis adſervatur Friderici II. Diploma, a quo etiam Miniatenſibus oppidum S. Geneſii, & via regia donatur, datum Anno MCCXVI. *Lam.*

(2) Sic habet *Villanius cap. X. lib. V. Negli anni di Criſto MCLXXXII. rimaſe le battaglie cittadine in Firenze, i Fiorentini fecero oſte al Caſtello di Monet Groſſoli in Chianti, e il preſono per forza, ec.* Mecattius.

peſtate cum finitimis Montem Groſſolum occupavere oppidum cum ſuis infeſtum, tum eorum urbi propinquum, & a quo multa ſaepe incommoda ſubſceperant, diruentes.

Ea tempeſtate primum bellum exortum inter Philippum Regem, & Philippum Flandriae Comitem, quo utrique Normandiam Provinciam ad ſe ſpectare adſerebant; quam Flandriae Comes etiam Ludovico Philippi Patre vivente multis annis poſſederat tacito quodam Regis adſenſu ius ſibi in ea quaeſitum arbitrabatur. Sed perterritus regiis copiis Provinciam Regi reſtituit, reſervatis ſibi Caſtello S. Quintini & Perona urbe, vita tamen durante.

Deinde Philippus vicos Pariſiis lapide tertio ſtrui fecit, ut luto inde amoto, antiquum urbis nomen, quod Lutetium erat, deleretur(1). Quam urbem, ut quidam volunt, Troiani de Sicambria egreſſi fundarunt a Paride Priami filio illi nomen imponentes(2). Erant ea tempeſtate Saladino cum

(1) Falſum, ut videtur, etymon. Nam Lutetia Pariſiorum in Inſula Sequanae ſita erat, ut apud *Caeſarem* videre eſt; Graecis, niſallor, Λευκετία dicta eſt, quaſi a *candore*; ſed potius nomen corruptum crediderim. Conſule *Iulianum* in *Miſopogone*. Lamius.

(2) Etymologia pariter falſa, quam tamen Scriptores medii aevi amplexi ſunt. Adi *Audemarum Angoliſmenſem*. Lamius.

cum omnibus Chriſtianis induciae, quas etſi ipſe aegre ferebat, tamen quia non ſatis honeſtas infringendi eas, cauſſas habebat, occaſionem obſervabat. Evenit ut Raymundus Princeps Montis Regalis, qui Chriſtianis ultra Iordanem conſtitutis imperitabat, a Barbaris annonam deferentibus inductus inducias violaverit. Qua ex re Paladinus ratus opportunitatem adveniſſe eius, quod tantum exoptabat, X. millibus equitum, & infinita peditum multitudine Porlemaidem invaſit, quam Templarii poſſidebant. Ii tentato cum Barbaris praelio, etſi multo ſuorum cruore, tamen ſuperiores fuere: nam ſtrenuiſſimus quiſque cum ipſorum Hoſpitalis Magiſtro Rogerio pugnantes cecidere. Anno ſal. MCLXXXV. Lucius Pontifex Veronae moritur, & illi ſuffectus eſt Vrbanus III. qui fuit Mediolanenſis de gente Cribella. Is ſedit in Pontificatu annis duobus. Ceterum Raymundus Tripolitanus quum parum Tiberiadem munitam reliquiſſet, induciis fidens, uxore ibi relicta, Tripolim reverſus eſt; veritusque ne Chriſtiani a ſuis deſererentur cum Guidone pacificat, & barbaris inducias prius initas renuntiavit. Saladinus Ptolemaide omiſſa Tiberiadem obſedit, in quam Magiſter Templi confugerat. Quo impulſore Guido copias eduxit, quas ex omni Aſia

coege-

coegerat, equitum triginta millia, & quadragintaduo millia peditum. Quum loco irriguo caſtrametari vellent a Saladini copiis praeoccupati nonis Iunii commiſſo cum iis praelio a ſolis ortu uſque ad occasū decertantes aquas amiſere, & loca arenoſa & arida illa ipſa nocte inſiſtere coacti ſunt. Saladinus id intelligens, relicta Tiberiadis obſidione, prope ſuorum caſtra pervenit, quae noſtro exercitui oppoſita erant haud magna intervalli diſtantia. Ante lucis ortum praelio commiſſo, noſtros loco & vigiliis preſſos parvo labore in fugam convertit. Facta eſt ingens fugientium caedes, Comes Tripolitanus, qui praelium ineundum negabat, ſed in locis ſaltuoſis conſidendum . . . . ſervatus ab amico barbaro homine Safeum primo, inde Tyrum productus eſt. Epiſcopus Aconenſis, qui Dominicam crucem portabat, gravi accepto vulnere, illam Regi commendavit. Sed Regem primo omneſque noſtri exercitus duces Saladinus intercepit, & vinctos ſervavit in carcere. Religioſos qui a praelio ſuperfuerant necari captos iuſſit. In praelio magna pars ligni Dominicae Crucis amiſſa eſt, quae Barbarorum perfidia a noſtris ſervari non potuit. Locus ubi pugnatum eſt Canatetti adpellatur.

Iiſdem temporibus in Etruria bellum

erat.

erat. Nam Genuenſes cum Piſanis ingentibus odiis decertabant; & Miniatenſes Stephanum, & filium, gentilem meum, qui cum Friderico militabat, cum Lambertuccio Ciccionio altercantem Ceulas relegarunt, ne duobus primariis civibus diſſidentibus tumultus aliquis in eorum oppido exoriretur; Lambertucciumque Lucam in exſilium dedere. Qui vero non ſervantes quod in eos a civibus indictum, confugientes ad Henricum ſextum de decreto eiuſdem Kal. Auguſti Piſis dato in Patriam reſtituti ſunt, & adfinitate inter eos contracta pacifice quieverunt.

(1) Eodem menſe Florentini in Vallem Elſae

(1) Sic *Villanius cap. XI. lib. V. Negli anni di Criſto MCLXXXIV. del meſe di Giugno, i Fiorentini aſſediarono il Caſtello di Pogna, perchè diſubbidía al Comune di Firenze, ed era molto forte, e guerreggiava la Contrada di Valdelſa inſino alla Peſa, ed era di Gentiluomini chiamati i Signori Cattani da Pogna, ed ebbonlo per aſſedio.* Deinde capite XII. ſubdit. *Nel detto anno MCLXXXIV. Federigo I. Imperadore andando di Lombardia in Puglia, paſsò per la noſtra Città di Firenze a dì 31. di Luglio del detto anno, e in quella ſoggiornato alquanti dì, e fattagli querimonia per li nobili del Contado, come il Comune di Firenze avea preſe per forza, e occupate molte loro Caſtella, e Fortezze contro all' onore dell' Imperio, ei tolſe al Comune di Firenze tutto il Contado, e Signoría di quello inſino alle mura, e per le vallate del Contado fa-*

Elſae profecti nobiles Pongianos ſuo oppido eiiecere, adſerentes quod ſubiecti eorum imperio non paruiſſent. Qua ex re Henricus, qui Miniatenſe oppidum ea tempeſtate incolebat (1), quum rem ad Fridericum patrem detuliſſet, omnem Florentinorum Comitatum iuſſu patris illis ademit. Deinde in Senenſes verſus, quos tanti ſceleris fuiſſe participes compererat, urbem aliquamdiu obſeſſam quum capere nequiſset, re infecta diſceſſit. Comitatum tamen eorum, ſicuti & Florentinis fecerat, ademit. Sed quarto poſt anno Florentini eorum agro potiti ſunt.

Poſt Saladini, & Chriſtianorum conflictum, de quo ſupra meminimus, Saladinus exercitum Acomem perduxit, quam mox Chriſtiani, qui e praelio ibi confugerant, tradiderunt. Nemini noxius fuiſse fertur. Qui eam urbem incolere vellent, inde abi-

faceva ſtare ſuoi Vicarii, che rendeano ragione, e faceano giuſtizia; e ſimigliante fece a tutte le altre Città di Toſcana, che aveane tenuto la parte della Chieſa quando ebbe la guerra con Papa Aleſſandro, ſalvo non tolſe il contado nè alla Città di Piſa, nè a Piſtoja, perocchè tennero con lui, ec. E così ſtette la Città di Firenze ſenza contado quattro anni infino che il detto Federigo andò al paſſaggio oltre mare. Mecatt.

(1) Henricum VI. ſolitum fuiſſe in oppido S. Miniatis habitare conſtat ex noſtra Synopſi Chronologica *Chronico Imperatorum Leonis Vrbevetani* a nobis inſerta ad annum. 1186. *Lamius*.

re non imperavit. Fuit rebus tranſmarinis magno incommodo haec Saladini humanitas; qua noſtri plurimum fidentes cum eo paciſcebantur, ne ipſe ullos oppido eiiciat, qui tributa illi pendere voluiſsent. Igitur Acone poſtquam potitus eſt plurimorum animos ad ſui benevolentiam adtraxerat. Ex quo Saladinus Beryto oppido, et deinde Byblo potitus ad Aſcalonam uſque pervenit. Vbi milites munitionibus urbis confiſi, demum ſe daturos pollicentur, ſi prius Jeruſalem ſuae ditionis faceret. (1)

Per

(1) Tanta fuit Saladini erga Chriſtianos humanitas, quod etiam heic *Laur. Bonincontrius* tradit, ut facile populi Chriſtiani a bello ceſſarent; & cum eo foedus inirent. Id quod luculentius conſtare poteſt ex pactis conventis quae inter ipſum, & Piſanos, interceſſere anno MCLXXIV. quorum ἀπόγραφον ex Codice Bibliothecae Riccardianae, cuius in Praefatione ad *Chronicon Imperatorum Leonis Vrbevetani pag.* XXI. meminimus, heic publici iuris facimus, licet male deſcriptum, & erroribus ſcatens.

Anno Domini MCLXXIV.
Anno Mahumet DLXIX.
In Nomine Domini pius, & miſericors.

Hoc eſt exemplum, de conventu, quod fecit Rex Babiloniae, ideſt Saladinus, ad Comunem Piſae, per

ma-

Digitized by Google

manus Aldeprandi, qui fuit interpres illius, Meſſaticus Conſulis Piſanenſis. Iſta ſunt ſigna, quae Rex Saladinus fecit ad ſimilitudinem.

In gratia Dei me confido.

Iſta ſunt ſigna translatata; & fuit obſervata mea praecepta, ſicut littera mea teſtificant. Ego rex Saladinus, ita dico, & toto meo regno firmiſſime teneant, & caveant homines meo regno ne deficiant mea praecepta, & omnes teneant, ſicut charta mea teſtificant, & omnes meo convento firmiſſime guardata, & tenuta. Et mea charta ſit firma in manibus Piſanorum, & interpretes illo quando ego Rex Saladinus feci hanc Chartam, & hoc conventum anni Domini noſtri Jeſu Chriſti mille centum ſeptuaginta quatuor, & a Propheta eorum Macometiam, anni quingenti ſexaginta novem, quando venit ad noſtram curam, quae eſt magna, & mirabilis, & iuſticialis, Aldeprandus Miles Meſſaticus magnus Conſul Piſanenſis, adduxit ſecum litteras de eorum Conſulatu, & verba de ore eius audivimus, & nos agnovimus in litteras ſuas, & in verbo eius, quod illi deſiderabant habere amorem noſtrum, & nos obedire, & praecepta noſtra, & venire in terra noſtra ſicut conſuetudinem antea habebant, & nos cognovimus per litteras, & per verba, quae audivimus ab illo Meſſatico, quia ille venit pro Conſulis, & pro tota comunitate Piſae, & lingua eius lingua eorum, & quodcumque ego Rex Saladinus fecero cum eo omnia factum fiet; & poſtquam cognovimus, quod ille venit per totum Comunem, & pro Conſulis, coram omnibus firmum fecimus eum venire, & inquirimus eum, pro qua cauſa miſerunt eum Con-

ſules & totum comune, & quid nobis quaerit, ut nos poſſimus reſpondere eis tale verbum, ut fiat nobis honorem, & illorum pariter, & pacem, & amorem fiat nobis et illis; et ille reſpondit talia verba, qualia nos dicimus vobis, & reſponſum quale nos dedimus eis, & firmavimus iſta omnia per chartam, quam illi debebant habere in manibus, & illa charta fuiſſet teſtis inter nobis, & illis, & per omnia credita de conventione quam nos haberemus cum illis, & ſi aliquid defeciſſet, ego Rex Saladinus ab illis, & illis ad me, nos debemus revertere ad teſtem chartam, popter longa tempora, quae homines non retinent in cordibus; et iſta ſunt cauſa quae placuit quaerere Miſſaticum pro eo comune propter mercatores qui in terra noſtra veniunt, et adducunt merces, quas debent dare drictum, et per preces, quas nobis fecerunt, omnes res quas adducunt, quae ad curiam ſe faciunt, illi non debent vendere, & ad curiam debent emere, & de iſta omnia, quod eſt lignum, & ferrum, & pice ſolebant de centenario libras XVIIII. et propter preces, quas nobis fecerunt, conſtituimus eos ad libras X. per C. et grana XX. pro centenario, nec plus, nec minus, et alias merces quas ſe vendent debent dare datium ſicut antea fuit, et ſuper haec debemus eis facere amorem, et debemus guardare cauſas eorum magnas, et paruas, et facere debemus his parare omnia eorum pecunia, cum bono et cum amore, et ad nullum ſervientem Duanae non debent dare aliquid, nec ad magnum ſervientem, nec ad parvum, et nullum tortum non debent habere nec recipere, et nulla eorum merces non ſe debet expernare ut minus ſe venderet; et quando facient rationem denarius eorum, et de alia eorum cauſa non debent

eis

eis ſuperponere aliquid, niſi quod iuſtum eſt, et non debent eos alicuius exturbare de factis eorum, unde damnum patiant, et quando veniunt in tempore collandi non debent retinere, nec velas, nec timones, nec nulla cauſa denarius eorum, et non debent apprehendere aliquid, nec guardianus de Duana, nec curatores, nec illi qui cum varca ſervavit, niſi qui dixerit antiqui Mercatoris Chriſtiani, vel Duana qui dixerit per fideles Guarantitia. Et de hoc quod illi me preces fecerunt de cantaru, quod erat ſuper flumen, ego donavi eos propter preces Meſſatico, & propter quod de nobis laudes feciſſent, quia in terra noſtra magnam iuſtitiam habemus & facimus, & fecerunt nobis preces, ut nos voluiſſemus eos emendare fundico propter eorum cauſam ut ſalva fuiſſent, & perſonae eorum; ſimiliter fecerunt nobis preces de balneo & nos dedimus eum & Duana debebat omnia parare per eos in India quando illi ad lavandum iſſent, nullus extraneus debet ire, & nullum ſuperfluum habere & Eccleſia, quae ſunt nobis, & nos dedimus eam habere, ſicut antea habebant, & quando ad Eccleſiam iſſent, nullam moleſtiam debent habere, neque per viam, nec intra Eccleſiam, et intra Eccleſiam nulla res debet eſſe ut verba Dei non poſſint audire, ſicut lex eorum eſt, et illa poſſint habere, et tenere eorum lex, ſicut Dei praecepta, et lex eorum continet. Et fecerunt nobis preces, quod illi volebant habere in fundico eorum ſtateram unam ad ſuas neceſſarias faciendas, ut illi poſſint vendere et emere cuncta; et ita concedimus eis, propter quod nos ſcimus, quia mercatores nec emunt ſine iuſtitia, et ſi illi emunt in aliquam partem, aliquam rem et ad ſua ſtatera minuit aliquid; praecepta mea ita eſt, ut omnia re-

ſtaurentur, et iuſtitiam firmiſſime habeantur. Et clamaverunt ſe, quia omnes, qui curiam accipiebant, ſuperfluum arripiebant, et minuebant mercatoribus, et merces eorum viliſſime tenebant, et ſine iuſtitia tractabantur, et non faciunt eſſe placabiles ſicut iuſtitia eſt; et nos audivimus clamorem eorum et facimus iuſſa talis, ut omnes merces, quas noſtras accipiebat, quantumcumque valebat, deberet accipere, et non deberet aliquid minuere; et omnes eas, quas camera noſtra debet accipere, et ante quam accipiat debet eſſe aptiatum ſic ut mercatores clamasſe ſe non poſsent, et libenter donet quod iuſtum eſt; et ſi noſtri Baiuli volunt cambiare aliquid cum mercatoribus, pro voluntate mercatoris debet eſſe, et factum habeo praeceptum meis Baiulis, antea et poſtea, ut nulla cauſa de mercatoribus non debeat apprehendere niſi voluntate eorum, & non debet facere talem cauſam cum mercatoribus, quod poſſint retineri; & clamorem facere non poſſint, nec poſſint dicere res eorum invilatas eſſe, ut illi non poſſent ſe clamare, de tortu quod illi factum fuiſſet, nec ſeparare ſe poſſint turbati, et iuſſum meum firmiſſimum factum habeo ut illi debent eſſe tractati per magnam iuſtitiam, in praeterito, et in praeſente, atque futuro. Et impoſuerunt nobis preces, ut naves eorum traherent ad terram, & nos inquirimus Duanam quam deberent, et Duana teſtificabat, ut unaquaque nave deberent dare S. II. ad tenendas naves, et S. II. ad varandas et S. IIII. per timones; audivimus preces eorum, et omnia dimiſimus eis, propter quod nos ſciebamus quod agimus eſse propter alias expenſas quae faciebant, et iſta dona non dedimus alia gente, niſi eis, et fecerunt clamorem, de merces eorum, quas mercatores emebant,

ab

ab illis quos antea videbant, et portabant ad domos eorum, et poſterius etiam dicebant, aliquando faciebant, ut damnum haberent, aliquando ut merces eorum minuiſse de pretio; iſta faciunt, poſt habent guardata, et viduta, et ſic faciunt iſta biſcoſſe. Quando nos audivimus eorum clamorem, et nos fecimus praecepta ad baiuli noſtri, ut merces mercatoribus vendidiſsent ad talis hominibus, ut tortum non haberent, de praecepto ad illi qui tenet noſtram legem, ut Chriſtianus, et Saracenus in unum modum maneret in iuſtitiam, ſic Chriſtianus quomodo Saracenus.

Et fecerunt clamorem de naves eorum curare per curatores, & per ſervientes, qui quaerebant tali coſtumi qui non ſolebant eſſe in Duana, non ſe meliorabat tantum, quantum ſe peiorabat per iſtos homines mercatores; fecimus praecepta ad Muſtelus, & ad Lateſmimoma, et ad Lumiru, & ad Litarcarim, & ad Lunerdatu, & ad Lamare, ut illi non eſſent conſentientes, ut nullus Chriſtianus tortum patiatur, ſicut illi poteſtatem habuerunt, ut Curia noſtra blaſimata non fiat, & mercatores noſtri expaveſcant propter mali coſtumi; & fecerunt nobis preces, ut qualiſcumque homo, de eorum gente, in terra noſtra obiiſſet, in toto noſtro regno, & laſſaſset aliquam pecuniam, aut merces, ut ſociis eorum apprehenderentur, & ad parentes eorum deferrentur omnia in terra eorum, & illi qui apprehendunt cauſa illa debet ſcribere litteras, & facere ſecuritatem, ut daret omnia ad parentes eorum, omnia hoc concedimus eis quia lex noſtra ſic praecipit, & iuſtitia eſt, ut ita fiat.

Et fecerunt nobis preces de noſtro ſtolo, quod per mare, qui ſolebat facere eis contraria, & contra-

trariabat iter eorum, & praeliabant eos; audivimus preces eorum, & fecimus praecepta Comitibus noſtris; & Admiratori galearum, ut ad naves eorum unquam arma ſervaſſet, nec contraria eis feciſſet, ſed ſalvaſſet, & cuſtodiſset, melius quam poſſent. Et fecerunt nobis preces, de auro, & argento quod referunt in terra noſtra tota, ut non dediſsent eos drictum ad intrandum, ſed poſtquam emunt merces eorum, ad exiendum dediſſent drictum, ſicut conſuetudo eſt; ubi nos audivimus totas eorum preces, & cognovimus quia illi volebant habere amorem noſtrum, & volebant nobis dare amorem eorum, & obedire noſtra praecepta; ſic dimiſimus eis omne malum, & omnem diſcordiam, quae ab antea fuit; & ſic feci praeceptum per totam noſtram terram, & ad omnes noſtri Baiuli, ut ubi illi vidiſſent noſtras literas, vel audiſſent, bene, & optime obſervaſſent, & ſi quis praevaricaſſet aliquid, perſona, & res eorum ad mercedem eorum fuiſset; ubi haec omnia fuit, illi promiſerunt conventionem facere, ut fideliter, & diligenter, totum noſtrum regnum, & ſalvare per mare, & per terram, & palam, & ſecretum, & non debet adminare nullus hominem contra noſtrum regnum, nec Civitas, nec Caſtellum, nec in Oriente, nec in Occidente damnum facere, & non debet minare, nec portare, nec per mare, nec per terram, nullum hominem ad noſtrum regnum damnum habere, & non debet venire cum nullum hominem propter noſtram terram damnum habere, & ſedium facere, & non debet nocere nullum mercatorem Saracenum, nec tradere gannare, nec de pecunia. Et ſi nullus Saracenus cum illis proceſſit, debet guardare, & ſervare, ſicut perſona eorum, & non debet liberare eos ad nullum malum

lum

lum hominem, & habemus in guanto, ut ducerent in noſtro regno, quidquid neceſsum, id eſt arme, & ferrum, & ligna, pice, & omnes res, quae in eorum terra eſt, per merces, quae ſolent ducere in terra noſtra. Et in tali modo poſitum, & ſtabilitum eſt conventum noſtrum illis, & illorum conventum nobis, adeo ut feciſsent totum completum amorem noſtrum, & pacem, inter nobis, & illis, & ſi illi fallunt de ipſo conventu, aut de parte conventus illos fallunt, & de ſacramento fallunt ubi illi credunt, & iſto ſtabilimento habeant disfacto, & iſto pacto perdunt fidem, & libertatem, ubi iſti conventi fuerint ſtabiliti, fuerint lecti ante Meſsatico, & bene intellexit, & placuit, & levavit guarantes, quia placuit eis, & portavit ſecum, & literas ſcriptas, & adduxit guarentianam, ab Archiepiſcopo, & Archipresbyteris, quia placuit eis, & venit iſta guarentitia in Babillonia quindecim dies de menſe qui vocatur Saracenis Saphar.

Et de hoc fuit teſtes Marcus Patriarcha de Alexandria, & de Babillonia, & de Nubia, & de Saba; & Michael Epiſcopo della Barbacana, & Homodei Presbiter Priori de Cairo, & ſcripſit litteras Bulcaira filius Presbiter homo Dei.

Haec eſt interpretatio iſtarum Litterarum, quas Dominus Suldanus omnes Piſani ſalvi, & ſani in mari, & in terra fiant, & ſani ubicumque.

Anno fidanza in Dio onnipotente, e la fidanza del ſuo Profeta, e la mia ſopra le loro perſone, loro avere,

re, e lor mercanzia, e lor coſe, e ſenza dubio, ne non patano nulla in guerra. E chi ſi trova andando, e vegnendo ſtando in terra Icti alle ſue portora dell' oſte forti, non dabbi dubbio, andando, & vegnendo, ſtando, finchè li anni dura e li meſi, li giorni, tornando loro d'Acri in terra Icti, di terra Icti in Acri, ſia pace intra meie li Franchi. Quelli di Suria e Setle intra noi, e li Franchi qui ſunt in Suria querra quod non debetis intrare in Acri. Quos vadant in Suria quando le treque ſono rotte intra mei. Li Franchi di Suria e Samdanda o arme, o cavalieri, o iſtrave, in noi di perder loro, e non anno fidanza di noi qui debent dare diričtura di mercatanzia di Bizantios centum debet dare ſedecim; & dictum aurum, & argentum di centum debent dare decem, & non ſia isforzato di vendere di loro mercanzia, e non ſia sforzati di nulla mercia, e ne dell' allume, e d' altro avere, e ſia lor compiuto loro affare, e quello che dimanda ſia lor compiuto immantanente; & ſia adſato lo Fondaco loro d' Aleſſandria nullo altro homo d' altra gente non crab gui & ſundacais a voluntate Piſani, & non debet introire avere d' altra gente ſine loro, quod debet acconciare lo Fondaco al pro citius quam poteſt. E ſia data la loro Eccleſia, che anno avuto per cantare Miſſa, que eſt uſato; ſiano tratti li cattivi, qui Guardianus non debeat traggere nulla Signoria libero ſia di noſtra gente nel porto; nel Guardianus del Fondaco non dia dirićto finchè iſtiano in ollaltra, e andranno, e anno dirivano in Dovana per ſalvamento d' avere loro, ſi venda in Duana loro avere; non ſia dato indugio, ne non ſia dimandato loro dirittura, fin che non eſt venduto avere, e da quello avere ſcaricato di loro mano. Sia loro renduto lo Bagno

gno como fuit uſato per bagnare in Alexandria, da oggi innanti non dia preſſio del Bagno ne non ſia domandato, ne non diano guſo, ne arſo, ne di nappi per lor bere non diano diritto, e di lor vivanda ſoperchio non diano diritto, & mietere vino como fuit uſato, come uſato in Aleſſandria alla iſcita della porta ſia laſciato iſcir marcaſſa una, & rieſcita una di lenſano per mercatanto; qualunque hora vorranno andare a lor terra non ſiano diſtenuti, non ſiano tolte le armi loro, qui ſunt in Alexandria. Si vendit arma, non debeat dare diricto, ne Saracinus non faccia forſa di comprare da loro. Quando uomo iſcire fore di porta vorrà, lo ſcrivano dello Stohiato colli ſcrivani dell' alfacchini & qualunque nave falliſce di mercanti in el reame del Soltano quod unquam eſt ſalvus in perſona & in avere. Et ſaranno li mercatanti Seracini qui torna del Garbo in terra Icti, e di terra Icti in Garbo, & Sieſtene, di terra Icti per andare in Suria, e di Garbo in Suria, e di Suria in terra Icti, e di Suria in Garbo, di tutti li Saracini qui ſunt le loro perſone, e lor avere, e lor mercatanzia & in mare & in terra andando e vegnendo, & andando e vegnendo innella terra de Saracini, terran quae ſunt concordate, & ſi volunt pare quod eſt ſibi dicto inſino volunt venire in terra noſtra. Si non faccia ſapere antequam ſiane uno quod ego ſia ſicurum dor inante quod intra noi, e loro, e tutto quelli qui videant iſta carta delli grandi uomini ſi terranno fermo iſto comandamento.

In Nomine Dei, qui eſt miſericors, & miſerator, magnus & iuſtus, & victorioſus, & gu-

gubernator Saracenorum , lumen legum , rex militiæ Saracenorum , Saladinus fidelis Elmire Elmomim, ſententiam, quam mando vobis Conſulibus & veteranis Piſae , quod Deus manuteneat vos in via recta , & affidamento & allocamento , & de amore veſtro retinendo & ſervando : Scriptum quod eſt inter nos & vos de pace & allocamento quod ordinavimus inter nos & vos , & ſcripta eſt quam cuſtodimus penes nos abſtinere ab offenſis ne diſcordia inter nos & vos oriatur; ideo mandamus vobis hanc chartam notum faciendo vobis de Ruggerone qui fuit in terra AEgiptus , cui noſter frater cariſſimus Scenſedin nomine , ideſt Sol Regni, princeps bellantium,dedit cantarios ducentos viginti quinque de Ianuenſi allumine ut ipſum venderet in terra Chriſtianorum & emeret ei inde quaſdam res ſibi neceſſarias, quantum dictus Ruggeronus ſemper fuit fidelis Dei ſervus mei. Dictum itaque nobis fuit , quod venit ſanus in Provinciam , quem & eius ſocios duae veſtrae galeae ceperunt, & eos Piſas duxerunt. Quod poſtquam vobis cognitum fuit, vos ſicut ſapientes homines ipſum allumen cepiſtis , & in loco ſecuro ſeparatum poſuiſtis , ut inde veritatem cognoſceretis. Quod nos laudamus , quia ſicut ſapientes homines feciſtis. Unde vobis damus in veritatem quorumdam allumen iam dicti fratris noſtri. Eſt & dictus Ruggeronus fideliſſimus dicti fratris noſtri , quoniam noſter eſt ipſe Ruggeronus neceſſe eſt ut ipſum , & eius ſocios liberetis , & allumen totum ei reddatis , ut ipſum vendat , & res fratri noſtro neceſſarias , ſicut in praecepto habet , inde emet. Et de hoc vos taliter portetis ut veſtri homines ad nos venientes honorentur a nobis , & ſalventur, & nulla diſcordia inter nos & vos inde poſſit ori-

ri,

ri, & non portetis vos taliter de hoc facto, ut homines veſtros detineamus, & eis res ſuas auferamus. Mandamus vobis hanc cartam per Miſſum noſtrum Achacium optimum, qui eſt honoratus inter nos, & cognitus & perniminum dilectus. Et ideo rogamus vos ut ipſum amore noſtro honoretis, & honorifice recipiatis, & per eum taliter nobis reſpondeatis, ut amicitiam veſtram retinere valeamus. Scripta eſt haec carta in menſe Novembris Anni DLX. A Macumet.

In Nomine Dei qui eſt pius & miſericors Omni filius Steneſte, Elmire, Elmomim fidelis Saladini. Nuntio vobis Conſulibus, & Capitaneis Piſanis ut Deus det vobis vitam & ſalutem in veritate & ex bona fide. Vobis dico, quod nos manutenemus veſtros homines, & veſtros mercatores, qui ſaepius ad partem AEgyptus veniunt. Ideo quum nos audivimus de facto quod contigit Ruggeroni, quoniam ipſe fuit captus, & allumen fratris Domini noſtri ei fuit ablatum, multum doluimus quod vidimus feciſſe talem rem, quae ſit principium diſſenſionis oriendae inter Dominum meum & vos. Ideo ſtatim cogitavimus & ordinavimus tollere hominibus veſtris in reſtaurationem dicti alluminis tantum, unde damnum totum dicti fratris Domini noſtri bene recompenſeretur. Quocirca honeſtius fore duximus ſalvare iuſtitiam & rationem, & firmamentum pacis, quae inter Dominum noſtrum, & vos vertitur. Mandamus igitur vobis requirendo praefatum allumen, ut ipſum totum dicto Ruggeroni reddatur, ut ipſum vendat, & ſicut habet in mandatis, res neceſſarias fieri Domini mei inde ei emat, & haec omnia ſine mo-

mora, & dilatione faciatis. Quod quidem ſi non feceritis, quia vos eſtis principium mali, res omnes dicti fratris Domini noſtri recuperabimus ab hominibus veſtris, & peccatum ſuper vos & ſuper filios veſtros, & non ſuper nos erit. Praeſentium vero litterarum lator eſt Acacius homine optimus noſter amicus carus & acceptus nobis & Domino noſtro, quem vobis commendamus ut ipſum amore noſtro honoretis, & benigne pertractetis, & ſic vos inde rogamus, ut dignum meritum hominibus veſtris inde reddere poſſimus. Scripta fuit haec Carta menſe Novembris anni DLX. A Macumet.

In Nomine Dei qui eſt pius miſericors & miſerator, Rex iuſtus & victorioſus, conſervator & ſpada legis Saracenorum, Princeps militiae Saracenorum Buberher Maccumata filius Iob fidelis Elmire Elmomim pro .... Archiepiſcopo Piſanorum, & Conſulibus, & Veteranis omnibus mandat ut Deus vos manuteneat in fide & via recta. Carta veſtri Archiepiſcopi & Conſulum pervenit ad nos repreſentata nobis per manum veſtri Miſſatici Bulgarini, quem elegiſtis & mandaſtis nobis, & dixiſtis ipſum eſſe nobilem & ſapientem virum, quem ante praeſentiam noſtram, & iuxta nos venire fecimus, & audivimus, & intelleximus eius Miſſaticiam, & honorem ei fecimus. Et his omnibus quae nobis aperuit mentem noſtram adhibuimus; & de omnibus male toleratis, de quibus nobis reclamavit, & quae nobis nominavit, ipſum audivimus. Praecepimus igitur omnibus proviſoribus noſtris, qui ſunt in Civitate Alexandriae, ut bene portent omnes mercatores Piſanos cum iuſtitia & bona conſuetudine;

&

& ſervent eis univerſa pacta & conventa, quae cum eis habuimus, & ea non frangant, & contra ea nullo modo faciant. Remittimus itaque ad vos Miſſaticum veſtrum laudantes & complentes ei quae nobis intimavit, & pro eo honore & ſervitio, quod ei fecimus maximas gratias a vobis recipere expectamus. Inter ea quae nobis dixit de captivis veſtris a nobis liberandis nobiſcum ſatis tractavit, & frequentes preces nobis porrexit, & ad noſtram recordationem ſaepius reduxit. Unde in veritate ſciatis, quod navem in qua omnes eſſent Piſani non cepimus nec capi fecimus. Et bene praecepimus ſtolo noſtro, & omnibus hominibus noſtrarum galearum, ut nullam offenſam amicis facerent. Quare credendum eſt quod de vobis ſpecialiter intelleximus, quum vos inter maximos & legitimos amicos noſtros reputemus & adnumeremus. Veruntamen illi, qui cum inimicis noſtris fuerint aſſociati inventi, tamquam inimici debent capi, & pertractari, & nulla fides eorum verbis eſt adhibenda, & vos taliter cum inimicis noſtris a noſtris hominibus captos nullo modo a nobis debetis repetere. Conſideratis tamen quae nobis ſcripſiſtis, & quae veſter ſapiens Miſſaticus ex parte veſtra nobis viva voce aperuit, pro honore & amore veſtro veſtrique Miſſatici captivos decem & octo, quos in captivitate habebamus dicto veſtro Miſſatico reddi fecimus, quos omnes cepimus pugnando in inimicorum navibus, cum viriliter repugnarent, & ſe defenderent. Conſulimus itaque vobis ſicut intimis amicis, ut praecipiatis hominibus veſtris, ut non navigent cum illis hominibus, quos noſtros inimicos eſſe cognoverint, nec in uno navigio eorum appetant ſocietatem. Quia ſtolus noſter ſolummodo per-

perquiret inimicorum navigia. Quod quidem ſi fecerit, amicitia inter nos & veſtros homines perſeverabit, & nulla occaſio vel materia offendendi veſtros homines noſtris hominibus patebit, & nos & vos de briga eximetis, qua nobis nullam facietis reclamationem, nos & a nulla veſtra inquietabimur lamentatione. Scriptum eſt hoc in menſe Savel Anno DLXXV. A Macumata.

In nomine Domini miſerator, & miſericordiſſimus. Fuit praeſentata praeſentiae noſtrae cartula olim veſtra Archiepiſcopi Villani, & Conſulibus Piſae & omnes majores Civitatis tribuat vos Deus in bonis intellectis, & in bonis operibus, & etiam quae fuerunt ſcripta intelleximus, & de hoc quantum nos multiplicaſtis in ſalutatione veſtra, & nos ſimili modo vos ſalutamus, & ſimiliter amicitiam veſtram multiplicamus. Et de hoc quod nobis laudaſtis, & eſtis laeti de noſtris rebus hac de cauſa vos magis diligimus propter bonum intellectum quantum erga nos habetis, & omnes gentes cognoſcunt hoc, & de hoc quantum dixiſtis, quantum Deus diſponet omnes res, & dividit omnia ſicut vult. Nam ipſe confirmavit amicitiam inter nos, & vos, & adhuc confirmat, & exinde creſcit lucrum & omnia bona, & proiicit omnia nefanda. Et omnes ſapientes debent hoc ſcire, & nos ſemper confirmamus veſtram amicitiam, & de hoc quod dixiſtis, quod vos vultis retinere antiquam amicitiam, quam regni praedeceſſores noſtri fecerunt omnibus noſtris diebus illam duplicamus, & illam ſemper creſcimus, & ſemper continebimus vos omnes bonas conſuetudines, & hoc tenebimus omni veſtra voluntate, & hoc tene-

nebimus vobis veraciter, & omni illos qui veniunt de gente veſtra, qui in noſtra terra, honores illos multiplicamus, & perſonam cuſtodimus, & cenſum illorum ſervamus, & accimus eum in mercatis illorum, unde bene lucrantur in totam voluntatem illorum, unde multum lucrantur. Et ſemper iubemus, ut bene habeant, & de neceſſitate quantum dixiſtis quod gens veſtra patitur de noſtros piratos, & de noſtros homines, quando noſtrum eſtolum exiit, eum imperamus, ut non tangant aliquem veſtra gente, nec aliquam contrariam illis faciant, nec damnum; & ut caveant ſe, nec faciant eis niſi bonum. Et ut ſint cuſtoditi, ſicuti gens noſtra, & faciant eum onorem, ſicuti genti noſtrae, & nemo ex noſtros hominibus tangant veſtros homines illos, qui veniunt ex noſtra terra ac redeunt, illos qui pergunt in viam mercatorum in viam bonam; & gens noſtra non capit niſi Francum Suriae, illos qui ſunt noſtri inimici evidenter, & ſunt cogniti gentem noſtram belligerantem, & noſter exercitus ſemper in terra illorum, & quantum inveniunt ex navigio illorum, confundunt, & capiunt gentes illorum, aliam gentem non capiunt, niſi illam: nemo potis nos ex hac cauſa inculpare, & omnis ſapiens debet nos ex hoc laudare, amicis noſtris proficimus, & inimicis noſtris, nocemus; & hanc cauſam nemo noſtrum homines non poteſt tranſire, & bene imperavimus eam, ut gentem veſtram ſemper cuſtodiant, & ſemper honorati, & noſtra bona cuſtodia ſint ſuper vos omnes, & hoc ſemper iubebimus. Et de hoc quod dixiſtis de Abdelqſi de nave de Scilia hoc non eſt verum, nec fuit noſtro imperio, nec noſtra voluntate Abdelqſi introivit in curſu poſtea, quando ſtoleo Siliae robavit tenens ſe, ut introitu noſtro, quando nos eramus intenti con-

tra illos qui impediunt lex noſtro ac pericia, dum voluntatem illorum a nobis poſtea ipſe introivit in curſu, ut habet recte in Siciliae capere gentem illorum, & noſcunt ut aliquis genti veſtrae eſſet ibi. Et imperavimus eis, ut ſemper cuſtodiat gentem veſtram, & de hoc quod dixiſti quod miſiſtis legatum veſtrum ad dirigendam veſtras negocii omnes veſtri negocii ſunt erga nos beneſtales, & fortiter iſti honorati, & cuſtoditi, & omnes veſtros actus facimus legato veſtro pro veſtro honore, & loquela ipſius, & locuti ei fuimus, & voluntatem ipſius fecimus. Et de captivis quos dixiſtis qui erant ex veſtra gente nos aliquem capimus, niſi cum Francis Suriae noſtris inimicis, qui dicti, & facti ſunt unam, & ita belligerant contra nos, ſicuti illi in terris eorum, & in manibus illorum, & hoc rogatione veſtra facimus, & eos vobis liberavimus in manus veſtro Legato, & ſunt nomina illorum.

Sandinus	*Uguccione*
Villanus	*Pandolfo*
Guido	*Alberto*
Pandolfo	*Anselmo*
Calderino	*Gherardino*
Paſſarino	*Guillelmoto*
Ubertello	*Gerardo*
Erigo	*Bernardaccio*
Pitello	*Carbonero*
Girardo	*Robuloto*

Et de balſamo quod queſti fuiſti pro veſtra Eccleſia pro veſtro amore una ampulla bona, & munda & de hoc quod nobis rogaſtis ut mercatores veſtros fuiſſent cuſtoditi, qui in patriam noſtram veniunt,

de

de quibus venduntur in noſtra Duana, quod ſpedicati in omni bato, & fuiſſetis portati ſecundum petitionem Rainerio Botono, Literis noſtris ſcripſimus vobis ad noſtris ordinatis in Alexandria ſicut cartulis a noſtris antiquis fuiſſetis cuſtoditi, & liberavimus litteris legatum veſtrum Eldebrando, & honorem fecimus pro veſtro amore, & omnium ſuum ſervitium fecimus, & de ſuis mercatis noſtra iuſtitia dimiſimus illi tantum quod erat. Et hoc intelligite, & facite ſi Deus placet. Iſta carta ſcripta fuit in dies Februario II, Gratia, & benedictio Dei ſit ſuper ſanctum Profeta noſtro Mahaamet.

Men Elſeld elegel elmelee ebſaleti naſer Eleime que fel elome enur Elgius tef eliſſele oiar elene que fel quo dat elmes ſelcmin oed idvate elmitmonia ebilharat Taleio Elfeiſi fece mulene emir elmumenin benedicio Dei ſit ſuper illo.

ab extra

Tibi Arciepiſcopi Villanus, & Conſulibus Piſae tribuat vos Deus in bonis intellectis, & in omnibus bonis.

In Nomine Dei Miſerator, & miſericordiſſimus iſtam noſtram litteram mittemus vobis de curia noſtra. Tibi Archiepiſcopi Villano, & Conſulem Piſae ut Deus vos perſeverare in bonis operibus. Nam De-

us nos vallavit in terra , & conceſſit nobis dominium ſuper multas gentes, & proiecimus ex Dominio noſtro omnes res iniquas , & per enſes noſtros proiecimus a nobis omnes noſtros contrarios . & exaltavimus ſanctiſſimum genus ubi gentes noſtrae confidunt, & deſtruximus illos qui ſancto generi nocuerunt. Nam ego ad hoc me elevavi, ut Abes ,& filio eius , & perditos ſocios ſuos , & illos omnes qui eum deſiderabant deſtruximus , & eradimus omnem gentem illius a nobis , & retribuimus ei retributionem magnae traditionis , & fecimus confugere in multis locis, & cito eos diſperdimus hac de cauſa Azulene Dominus noſter Elimem Elſeum Benaſer ille Emius Elmumenin Benedictio Dei ſuper illum, & ſuper benedictis patribus ſuis, & ſuper filios quos generare debet hac de cauſa conceſſit mihi completum donum, & conceſſit mihi poteſtatem ſuper magnos , & ſuper parvos. Et conceſſit in omne negocium ſui regni. Et dedit mihi poteſtatem extra lectum ſuum. Et direximus magnum regnum melius quam eſſe poteſt , et renovavimus , et omnem magnitudinem antiquis bonis uſus confirmavimus , et haec quaeſivimus omnem conſuetudinem , et pro gratia Dei evenit omnis noſtra voluntas, et ſumus elevati ſuper omnes noſtros inimicos , et cuſtodit amicos ſuos, & omnes qui amicitiam ipſius tenent Et conventos quos conceſſimus, & fecimus vobis firmiter tenemus, et in hoc permanemus. Et eſtis in omnes veſtros uſus , et in omnes iuſtitias quas reliquerim vobis , et pro amore quem in vobis cognovimus , eſtis apud nos in noſtro regno cuſtoditi. Et cognoſcimus vos eſſe fideles noſtri regni ſanctiſſimi, et ex longo tempore ſemper ſerviſtis illud, & quando lator veſtrae cartulae ad nos venit reno-

renovavimus ſitis apud vos cuſtoditi. Et praeceptum noſtrum exivit diſpoſitum noſtris qui ſunt in Alexandria, quam Deus cuſtodiat, & in aliis partibus ut ſitis cuſtoditi, & honorati, & ſitis in omnibus veſtris bonis voluntatibus ſemper ſitis cuſtoditi, & honorati, et ut ſitis detenti ſecundum quod ſcriptum eſt in cartulis veſtris, quas a nobis habetis ut per hoc provide ſitis detenti, et ulla menes hoc non ſit minuata, nec multum nec parum. Et hoc uſus veſter eſt ſemper, et ita ſemper eritis detenti in quantum vos eritis in amicitia noſtri regni, et ſervabitis, & honorabitis, et cuſtodieritis omnes qui ex noſtra parte erunt, et in hoc permaneatis ut amicitiam noſtram habeatis; & octo homines liberavimus latori cartulae veſtrae de gente veſtra, quos habebatis captivos pro petitione veſtra. Et haec ſunt nomina illorum Bello filio Andrea, Villan filio Petro, Manfredo filio Leo, Oberto filio Martino, Mattaeo filio Benedicti, Gevan filio Dominico, Giordan filio Pongo, Caroſol filio Heldebrando. Et dedimus eis ad opus Eccleſiae unam ampullam balſamo bono, & puro pro veſtro amore, & noſtrum regnum obtinuit urbis quidquid vobis convenimus, & ideo vos bene debetis ſervare omnes conſuetudines quas nobis ſpopondiſtis. Et eſt ſcriptum inter nos & vos vt iuramentum quod fuit factum Raynerius Bottaccius & eius. Et per omnem gentem Piſe de for fatto qui foris Enaus de illis qui gentem veſtram occiderunt, et nequis . . . . eos; quia non poteſt eſſe ut inter nos veniat, & unquam non erimus, ut eos non requiramus omni tempore, et unquam non condonavimus traditionem illorum! et hoc facite, & intelligite Deo annuente, Et Cartula iſta fuit ſcripta Martii die xx. Benedictio Dei ſit ſuper Avum noſtro-

ſtrorum Mahacmet Prophetam noſtrum, & ſuper filiis ſuis Parentis Dei benedictione.

Men el ſeidt Elegan Emelte Elſabat naſer Eleme queſef elo omme Omir elgium ſeif eles ſelem rex elenin queſel Quidat elmu ſelemin Eordi Diu elmumenin Ebulaanrat Toloib Elxilei ſetemulune Emir elmumenin Sdolocoot Alla Aleib.

Ab extra

Tibi Archiepiſcopi Villani & Conſulibus Piſanorum Civitatis conducat vos in bonis operibus.

In bona opera nam hoc ſciatis ut mox quod a me praeſentate fuerunt continuo accepi.

Multas magnas preces. Ex illis rebus multum convenit ut illum deprecarem pro magna nobilitate, quam ipſe habet in ſe pro ipſe malefactis quo gens noſtra nuper fecit. Et ipſe praecepit mihi, ut vobis reſponſionem ſcriberem ex omnibus rebus, quae ſcripta fuerunt in cartula, quae ad me venit. In hoc quo mihi in veſtris ſcriptis mandaſtis laudando bonita-

tatem & nobilitatem meam, & hoc ſcio, & cognoſco, quia verum eſt. Et pro bona voluntate quam in me habetis & dixiſtis. Et hac de cauſa cognoſco quia in noſtro amore, et in noſtra benevolentia permanere vultis Et Deus ſcit quod ego valde amo & amicitiam veſtram, et hoc ſemper tenebo dum Deus mihi vitam dederit; et hanc poteſtatem tenebo, et vos bonas amicitias tenueritis ſicut veſtri boni anteceſſores nuper tenuerunt, et ſi aliquis veſtrum alienam nequitiam in ſe habuerit hoc defrangite & caſtigate Et ita in amicitia noſtra vos continete ſicut nuper anteceſſores veſtri continuerunt ſe, & hoc quod dixiſtis quod diligit pacem ſuper omnia, et omnes homines qui ſunt in mundo. Hoc cognoſcunt qui ſenſum habent & veſtrum ſanctiſſimum regnum ſuper omnes alias gentes hoc cognoſcit & facit, & eſt valde turpitedo omni qui hoc cognoſcit & ore proferre & factis facere non vult. Et de hoc quod dixiſtis quod ſemper diligitis & nos & noſtrum regnum hoc certiſſime ſcimus, nec umquam adiuvaſtis alienam gentem, nec veſtram, nec alia qui nobis contraria facere diſpoſuerunt & hoc facere debetis ut haec ſemper ex vobis cognoſcimus, & de hac cauſa melius eſt vobis, & hoc bene ſcitis quia iſtud regnum eſt maius omnibus regnis Saracenorum, et ditior, & fortior gente, et omni quae neceſſaria ſunt. Et omnis gens qui eſt in mundo nobis invidiam fert de noſtra fortitudine, et ſemper dedit nobis Deus victoriam ſuper omnes inimicos noſtros, & illos qui noſtrum bonum non cognoſcunt retributionem malam Deus illis facit. Et illi ſunt fortunati, qui in noſtra bona voluntate permaneant. Et hoc vobis notum facimus quod ſemper & vos, & mercatores veſtros honoravimus in noſtrum regnum, & cenſum illorum

valde cuſtodivimus, & ſemper honoravimus veſtros mercatores, & ſemper obtinuimus inter nos & vos. Nec ex conſuetudinibus veſtris aliena offendimus. Nec magnam, neque parvam & in lege veſtra eſtis in Alexandria ſicut vultis. Et ita eſtis honorati in terra noſtra ſicuti & in veſtra, & bene debetis bene cognoſcere & tenere amorem veſtri regni & noſtrum, quia ex longo tempore magnum proficuum ex eo ſubſcepiſti. Et de hoc quod mihi mandaſtis de mercatoribus, & de parentibus veſtris, quod in terra noſtra fuerunt, & vos eos mandaſtis ſicuti filius a patre, & hoc non fuit actum ut hoc eveniret, & ſicut evenit, modo intelligite & hoc reſponſionem & eſt cognitum in omni mundo quod omnis gens debet & in ea maneret. Et hoc eſt illud quod magis proficuum erit in die iudicii. Et Deus exaltat illos qui hoc tenuerunt & diſperdit illos, qui hoc non tenent, & vos certiſſime ſcitis quod nos ſemper firmiter tenuimus illud ſtabilitum, quod fuit inter nos & vos bene ſcitis quia magnas directuras ex longo tempore vobis reliquimus. Et bene ſcitis quia magis diricturas capimus a Saracenis & a Graecis, quam a vobis hoc bene cognoſcitis & ſemper vos pluſquam aliam gentem dileximus, & ſervavimus. Nec umquam malum fecimus alicui veſtrae genti, neque magnæ neque parvæ notum vobis facimus quod quando nos audivimus illam magnam traditionem, quam mercatores veſtri fecerunt noſtri, quum eſſent noſtri mercatores ſecum in una nave Alexandriam, quam eos omnes ingenio occiderunt, & cenſum illorum ſumpſerunt, & per clamorem enim quem parentes illorum qui interfecti fuerunt nos retinuimus veſtros mercatores ſicut audiſtis, & eis iuſsimus ut vobis nuntiarent ut illos qui hoc malum fecerunt nobis

bis

bis intrent, & omnem cenſum, qui erat in nave; & illorum qui interfecti fuerunt, & qui noſtram proclamationem non habebant hac de cauſa eos liberavimus nec ullum damnum a nobis acceperunt. Et iterum cum patientia hoc a vobis requirimus per amicitiam quam in vobis habemus, & ſemper tenere cupimus, ſicuti conſuetum eſt inter vos, & nos ſecundum hoc quo lex noſtra iubet hac de cauſa hoc facimus ſicuti audiſtis, ut itaque certiſsime ſitis de iniuriandum quod vos nobis feciſtis antiquo tempore, quoniam unum veſtrum legatum pro omnibus iuravit pacem quae fuit inter nos & vos ut ubicumque mercatores noſtri eſſent vobiſcum aut in mare aut in terra vos eos & cenſum illorum ſervaretis nec ullam iniuriam a vobis accepiſſent, & iuraſtis in pace veſtra, ut ſiquis hanc pacem frangeret ut eſſet ſicuti Iudas qui Deum tradidit, & dixiſtis iterum in pace, ut ille qui pacem frangeret eſſet poſitus, inter illos qui erunt ad ſiniſtram partem in Iudicio Dei cum ipſe dixerit: Ite maledicti in ignem aeternum. Et ipſe qui pacem frangeret ſit ligatus a Beato Petro, ſicuti Deus dedit ei poteſtatem quecumque ligaverit ſuper terram erit ligatum & in coelis, & quemcumque ſolverit ſuper terram erit ſolutum & in coelis: & iuraſtis quod ſi hanc pacem frangeretis credulitas veſtra non eſſet in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Et qui hoc reliquiſſet eſſet demerſus in ignem aeternum, & faciem Dei numquam videbit. Qui hoc frangit, & qui bene fecerit non proficit animae ſuae. Et bene debetis eos qui hoc malum fecerunt capere, & nobis mandare. Et cenſum noſtrae gentis per amicitia quae eſt inter nos, & vos, & faciemus ex eis quod lex noſtra iubet Ieſus Chriſtus numquam iuſtis ut aliqus

tra-

traditionem faceret ad haec verba, quae vobis mandamus intelligite & facite quoniam hoc ante quos nos requiſſemus facere debuiſſetis, & in toto mundo reſonat haec traditio, quam veſtri fecerunt & nos iterum permanemus in amicitia; quae eſt inter nos, & vos, ſicuti ſemper fuit melius, & mercatores veſtri nunc & omni tempore, quando in noſtram terram venerunt honorati & ſervati erunt, & ſecuri ſine aliqua dubitatione ſecundum conſuetudinem noſtram, quae eſt inter nos & vos numquam per nos non erit fracta. Et Deus hoc cognoſcit nunc nobis notum facimus de veſtro nobili Legato ſcilicet Raynerio Botaccio pro amore veſtro optime recepimus, & honoravimus, & ſervavimus, & multa bona illi fecimus. Et fecimus ei ſecundum quod fuit conſuetudo facere aliis nuntiis. Et requiſitione ſua illud quod convenit fecimus ei. Et iterum vobis notificamus, quod iuſtitiam illam quam ex longo tempore vobis reliquimus adhuc tenemus. Nec aliquid amplius vobis impoſuimus. Et eſt turpe, quoniam vos aliam in novam conſuetudinem requiritis. Et iterum vobis notum facimus de optimo Balſamo, quod requiſiſtis ampullam unam nuntio veſtro tradidimus. Et de hoc quod quaeſiſtis fructis de veſtris mercatoribus vendere in duana, qui primus venerit, primus venderit. Et ſimiliter de hoc quo proclamationem feciſtis de his de duana de hoc quod vendebatis, quia ordinati accipiebant a vobis duodecim ex omni centenario beſannos, & ſimiliter de veſtro Fundico Alexandriae ut eſſet actum. Et ſimiliter ut habuiſſetis in Babillonia unum Fundacum per vos, hoc vobis ſecundum certam voluntatem facimus, & regali praecepto exivit, ut ex hoc eſſet vobis ſcripta cartula. Et hanc cartulam nuntio veſtro tradidimus

ut

ut ſit lecta coram omnibus ordinatis Alexandriae. Et eſt praeceptum in cartula, ut ſi aliquis ex ordinatis Alexandriae hoc amplius fecerit perſona eius, deſtruatur Et de baſtaſiis & vaſulis comparatis de quibus conquiſiſtis, hoc vobis donavimus. Et praeceptum noſtrum exivit ut hoc vobis firmiter teneatur, et gentem veſtram, ſcilicet Piſanos, quos a nobis requiſiſtis in cartulis veſtris, hos omnes ſumpſimus cum Francis illorum, qui pergebant in Suria. Et ſumpſimus illos bellando cum Francis noſtris inimicis. Et iterum veſtras implevimus preces, & ſorſantos illorum reliquimus pro amore quem noſtro regno tenetis. Et hoc exivit iuſſum noſtrum, ut nomina illorum, quos petebatis, fuiſſent inquiſiti, invenimus novem qui erant mortui; ex aliis decem dixerunt quod Genuenſes erant, nec erant Piſani, & tres alii Avidalus ſumpſit ſecum & impenſus eſt cum multa bona, & ſunt ex militibus noſtris. Et alios xiii. quorum nec nomina nec perſonas invenire puimus. Et fuerunt multum inquiſiti. Et illos quos invenimus qui dixerunt ſe eſſe Piſanos fuerunt xxv. Et illos tradidimus Legato veſtro Raynerio, qui ſuper eſt nominatus in cartula, ut ipſe eos veſtrae praeſentiae conducat cum magnis forefactis illorum, quoniam ipſi exierunt ex pactu gentis illorum quod erat inter nos & illos; et legatus veſter iuravit nobis. Et illi & qui cum eo ſunt nominati in cartulis quas ſcripſimus inter nos, & vos, ad inſtitutionem pacis. Et iuraverunt per ſemetipſos, & per omne Comune Piſae, quod omnis Comunis Piſae debet hoc ſacramentum firmiter obſervare. Illud ſacramentum quod eſt ſcriptum in cartulis in litteris Saracenis, & in latinis hac de cauſa nos ſcripſimus hoc quia in illis cartulis eſt ſcriptum. Et hoc

quod

quod vobis fecimus, niſi propter anticam amicitiam quae erat inter vos & nos. Et ex veſtra requiſitione fecimus vobis tantum quod nunquam volumus facere alia gente quod vos Balſamum tantum; diricturas alias gente & nos certiſſime ſcimus quod vos amicitiam noſtram firmiter tenebitis, & amplius tale factum non facietis, ſicut fuit illud factum quando mercatores noſtros tradidiſtis. Et omnes illos debetis obſervare, qui notam proclamationem habuerit quomodo de nave gens veſtra fecerunt. Et de noſtra amicitia ſemper eſt vobis melius. Et nos hoc pactum quod vobis fecimus, ſemper tenebimus Deo annuente omni tempore etiam bona voluntate tantum quantum vos pactum, quod eſt ſtabilitum inter nos & vos firmiter tenebitis erit amicitia inter nos & vos ſtabilita. Hoc intelligite, & ſervate Deo annuente. Et haec fuit ſcripta Indulquade menſe & anni XL. viii. d. haec fuit ſcripta in menſe Februario, & dies xvii. Gratia ſit Deo ſoli. Et gratia Dei ſuper amicum noſtrum Muaamet noſtro Profeta.

Copbon alla cou neem eloqt.

In nomine Dei qui eſt pius, & pietas. Exiit aequitatis praeceptum noſtrum, Deus augeat honorem. Gratias agimus ſoli Deo in deſignatione reſtaurationis fundaci, domus videlicet in qua Piſani ſtare conſuevere in terram Alexandriae, quam Deus ſalvet, ut compleant totum illud quod in reſtauratione iſtius fundaci neceſſe eſt. Et bene cuſtodiantur Piſani, & tractentur ſecundum illam bonam conſuetudinem quae ſoliti ſunt. Sic notum & teſtificatum eſt per popu-

pu-

pulum Regni quoniam nos ſumus cuſtodes & defenſores eorum ne inquietentur de aliqua mala petitione. Hoc praeceptum facimus nos Arcali Mellino, qui cuſtos & nobilis procurator eſt terrae illius, corona iudicum, & praepoſitorum terrae, ſubſtentator legis, arma maioris Domini, cuius honorem Deus exaltet, qui prudenter & diſcrete omnia gubernat, qui velox eſt ad omnia regni negotia, a quo reſponſa audire cupio, quod actum ſit de fundaco, qui omnia quae auferenda & melioranda ſunt in fundaco peragat ſecundum quod conſtitui propter preces Piſanorum, & interceſſiones Ruggeronis nuntii ipſorum, ut notum ſit omnibus qui ex praecepto pietatis noſtrae reſtauratum & melioratum eſt.

Hoc ſcriptum firmatum eſt. Et in teſtificatione Arcalis. Nadari. & Amari.

In nomine Dei, qui eſt miſericors & miſerator magnus & iuſtus Dominus, Rex Regum, & Rector Saracenorum, illuſtratio totius mundi, & legum legis Ioſep, vivificator regni Elmirae Elamomini. Carta Archiepiſcopi Piſanorum & conſulum, & Comitum, & Veteranorum noſtrorum venit ad nos & vidimus eam, & perlegimus translatam a lingua noſtra in linguam Arabicam. Cum qua lingua Arabica Deus mandavit Prophetam ſuum Dominum omnium prophetarum. Dicimus vobis de eo quod dixiſtis in ea Carta quod tenetis pacem, & ſecuritatem in firma conſtantia. Bene videmus & cognoſcimus quod verum eſt. Et de eo quod nos rogaſtis ut mercatores veſtros venientes ad terram noſtram manuteneremus & ſalvaremus per ea tempora per quae inter nos habitaverint. Et poſtquam a terra noſtra ſe ſeparaverint.

eum magnam malitiam facere praeſumpſerunt, & hoc eſt pro pulcra diſpoſitione nobiliſsimi Aridali Elſeidt Elgal Elevadal Emir Eiguius Seif Eliſeles Naſcer Elimen Quefel Codat Elmuſelemin Coedidrat Elmumenin Ebulfadal Elaabes Eldaferiſcdec Allou beou Elolin Eoe Emtaam Lecul Beca Iou Emir Elmumenin Eodea codra teuu Eoe aleuueni qui pro ua magna pientia omnes actus in bonum convertit, quando Legatus veſter qui vocatur Raynerius Botaccius filius . . . venit noſtrae praeſentiae attulit nobis duas cartulas ex parte Archiepiſcopi Villanus & Conſulibus, & Comitibus maioribus civitatis Piſae. Et notificaſtis nobis de mercatoribus veſtris & fratribus, & parentibus veſtris quos ita mittebatis nobis ſicuti mittit filius patri qui in praeterito anno fuerunt diſtenti, & diſtricti, & ex ſuis multa amiſerunt. Et hoc non fuit conveniens facere tam magno regno qui maiorem nominationem habet omnibus regnis qui ſunt in mundo. Et mandaſtis nobis hunc legatum poteſt has cauſas quae factae fuerunt ut ſit factum bona voluntas nec umquam illam ſeducit nuncium veſtrum mandaſtis niſi in magnis rebus. Et ille ſenſu ſuo omnia pacificat. Et illum in galeam mandaſtis, quod numquam fuit uſum nuncium veſtrum venire niſi in nave. Et mandaſtis nobis rogando ut omnes ſuas neceſsitates cito expleremus. Et vobis cum citius remitteremus. Et dixiſtis quod aliquis veſtrum mercatorum in terra noſtra non veniret donec nuntius veſter ad vos rediret. Et dixiſtis in litteris veſtris, ut quidquid ille veſter Legatus ſtabilierit, & pactu ſuo confirmavit omnes conceditis ſua ſtabilitione. Et nos Legato veſtro narravimus, quod illud damnum quod de mercatoribus veſtris nobis mandaſtis non fuit verum, ſed intelli-

gite

gite veritatem. Quando nos audivimus de mercatoribus veſtris Alexandrinis, qui cum eſſent in nave cum veſtris cum fiducia ſurrexerunt veſtri eos omnes cum magna traditione occiderunt. Et dixerunt illis quoniam Piratae Francorum erant in mare ante eos, & hac de cauſa fecerunt eos deſcendere in ſentinas, & inde eos unum poſt unum eiecerunt et ita eos occiderunt; et omnia ſcilicet uxores & natos & poſsibilia omnia ſibi ſumpſerunt & lex bene iubet ut omnes illi qui hanc iniuriam fecerunt ſimul cum parentibus illorum bene deberent eſſe capti ſecundum decretum, quod eſt inter nos, & vos, debuiſſemus illos detinere ſcilicet veſtro mercatores qui erant in patriam noſtram donec miſiſſetis nobis omnes illos qui hoc malum fecerunt, & cenſum & familiam illorum quos occiderunt. Et illis quos nos recedere reliquimus hoc pactum nobis fecerunt ut illi irent in patriam noſtram, & illos qui hoc malum fecerunt caperent, & nobis conducerent cum cenſu, & familia illorum qui mortui erant. Et nuncius veſter nobis narravit quod multi veſtrorum civium apud nos tenebantur captivi. Et nos hanc reſponſionem illi fecimus ut omnes illi quanto nos tenemus cum Francis eos cepimus ſimul cum eis belligerantes, & in terra illorum. Deferunt eis aiutorium & neceſſaria. Et illud ſcriptum quod eſt inter nos, & vos praecipit ut ſi nos invenire poterimus Piſanos, & Francos in una nave ita habeantur Piſani ſicuti & Franci. Et ex his verbis fuerunt multa verba inter nos & Legatum veſtrum. Et poſt omnia Legatus veſter conceſſit nobis ut quidquid ipſe ſtabiliret pacto aut confirmaverit, & quidquid ſuper ſe acceperit omnis Piſa concedit ſicuti in litteris quas nobis attulit ex parte veſtra

eſt

eſt ſcriptum & iſti qui ſunt cum Legato hoc conceſſerunt, ſcilicet Henricus filius Guidonis Caradonna, & Sacerdos filius Moretti, & fiduciam, & amicitiam rectam firmiter tenuerunt. Et pura mente ſine ullo ingenio, & ſine ulla fallacitate, & ſervare eos omnes qui ſunt de regno noſtro ubicumque inveneritis cum fiducia, & benevolentia, & non faciunt aliquod pactum cum Francis, nec cum aliis, unde regnum noſtrum poſsit offendi neque in terra, neque in mari, neque in civitatibus noſtris, quae ſupra mare ſunt, neque ullum bellum commiſcent cum aliquo noſtro exercitu, neque ſoli, neque mixti cum aliis. Nec aliquis iſtorum mercatorum ſecum addiderit aliquem ex Francis Suriae in patriam noſtram eos ſcientes in ſimilitudinem mercatorum, & non debetis offendere noſtrum regnum, nullam magnam permiſsionem quam aliqua gens vobis debeat facere, neque Chriſtiani, neque Saraceni, nec umquam vos exietis ex amicitia veſtra, nec noſtri regni. Et illi Piſani quos in galeas malefactorum, & in naves bellantes reperiemus, erunt capti & interfecti. Et cavete vos ne amplius tale factum ſicuti fuit illud factum, quod de Saracenis feciſtis in nave. Et ſi forte hoc evenerit ut aliquis veſter hoc ſimile faciat illos malefactores noſtro regno debetis praeſentare ubicumque prius noſtros diſpoſitos invenire poteritis, cum omni cenſu quod male depredaverunt. Et nuntius veſter hoc a nobis rogavit, ut ſi aliquid malefactorum evenerit induciae ſibi per unum annum tantum dentur, & debet eſſe emendatum infra annum. Si autem emendatum non fuerit omnes Piſani, qui de terra veſtra ad nos veniunt, ſint capti, & omnis facultas eorum, & iuſtitias ſi utriuſque modo habuiſtis. Ita nunc concedimus in Alexandria

habitare vobis facimus, & quodcumque mercatum habueritis, ex quo rectitudo Duanae traditum fuerit, ubicumque in noſtro regno portare illud volueritis, portate. Et ſi in patriam veſtram illud reportare volueritis, hoc vobis concedimus, niſi foenum, & ligna, & picem hac de cauſſa, quia iſtas tres Duana noſtra emit ſicuti volet in illa hora. Et ſi aliquis veſtrum patria noſtra mortuus fuerit ſi aliquis ſuorum parentum ſecum fuerit, cenſum ſuum ei liberabimus. Et ſi non fuerit, trademus illum ſociis ſuis, quos ſcire poterimus maiores & ſapientiores & ab eo litteras ex omni accipiemus. Et Raynerius Bottaccius Legatus veſter nobis rogavit ut in ipſis litteris, quas inter nos & vos ſcripſimus, propter inſtitutionem pacis omnia quae modo vobis reliquimus in litteris ſimiliter ſcriberemus. Et ſunt illa quae nunc vobis nominamus conſuetudo baſtaſus & parate & terram nullam iuſtitiam in eo dabitis. Et de vaſulis cum quibus trahitis naves ad terram & ſimiliter quando eas in mare remittitis. Et hoc quod requiſiſtis de calcas, quod navis qui prior venerit primus vendat hoc vobis conceſſimus. Et ſimiliter de mercato quod vendunt in Duana debent eſſe parati in omni die Sabati. Et hoc vobis convenimus. Et in Babillonia damus fundicum, & diricturam argenti nobis laxamus. Et Raynerius Legatus veſter rogavit nobis ut aliquis Piſanorum pergeret ad Sepulcrum in navibus non malefactorum, & eſſet captus a noſtro ſtolo quando litterae veſtrae ad nos venerint nos eos vobis liberabimus & cenſum eorum, & mercatores veſtros concedimus venire in Babillonia quandocumque voluerint, & mercatores veſtri debent eſſe honorati, & cuſtoditi, in regno noſtro, & mercatum illorum eſſet proficuum ex quo non habeant aliquid impedimentum, nec

nec ullam in Regno noſtro..... Et Legatus veſter Raynerius ſpopondit pro ſe, & pro omni Comuni Piſae perquiret illos malefactores Piſanorum qui gentem noſtram in nave occiderunt. Et ſi illos invenire non poteritis de hoc exietis quod iuſtitia iubet, ſcilicet & facultatibus, & familia illorum, & ſanguinem illorum qui interfecti fuerunt & ſecundum haec ſcripta legatus veſter Raynerius Bottaccius filius ...... & qui cum eo in cartula ſunt nominati iuravit pro ſe & pro omni Comuni Piſae ſecundum hoc quod fuit ſcriptum in cartula, quam ex parte Piſae nobis praeſentavit. Nam ibi fuit ſcriptum ut quidquid ipſe faceret aut diſponeret aut ſuper ſe ſumeret omnis Piſae concedit, & confirmat, & hoc eſt ſacramentum in praeſentia altare Dei. Et iuravit per Crucem & lignum Domini & per quatuor Evangelia & coram illis qui ibi fuerunt ſcilicet Patriarcha, & Epiſcopi & Presbiteri. Et quorum nomina ſunt ſcripta in hac cartula. Et hoc ſacramentum debet eſſe ſine ingenio, & ulla fallacia. Hoc eſt illud Sacramentum per Deum qui eſt trinus & unus, qui fecit coelum & terram & per filium, qui ſemper eſt & fuit verbum Dei Dominus Jeſus Chriſtus Filius Beatae Mariae Virginis, qui iudicat vivos & mortuos, quem omnes Prophetae praedicaverunt, & per Nativitatem ſuam & per Baptiſmum ſuum quando ſuit baptizatus a Sancto Joanne. Et per Paſſionem ſuam, & per Reſurrectionem & Adſcenſionem ſuam. Et quando venit iudicare ſaeculum, & per quatuor Evangeliſtas, & per Sanctam Mariam Virginem, & per omnes virtutes coelorum, & per Sanctum Joannem Baptiſtam, & per omnes martyres & per omnes Sanctos Dei. Ego Rainerius Bottaccius, & qui mecum ſunt nominati in cartula hoc ſacramentum

facimus pro nobis, & pro Archiepiſcopo & Conſulibus & pro Vicecomite, & pro omni Comuni Piſae & pro omnibus maioribus, & minoribus Çivitatis. Et hoc nos firmiter & pura mente & honeſte iuramus, hoc quod eſt diſcretum in cartula tenebimus ſine fallacia, & ſine ingenio, & veraciter omni tempore tenebimus. Nec umquam ex hoc diſcreto aliquam rem frangemus. Et hora qua hoc diſcretum frangemus, in Deum credulitatem non habebimus. Et ſi hoc bene non tenebimus in Dominum Jeſum Chriſtum non ſperamus, neque in legem ſuam, neque tenemus in illo nullam credulitatem, & ſit noſtrum dictum ſicut Iudaico populo, et ſimus ſicuti Iudas qui Deum tradidit. Et ſimus ex illis qui ad ſiniſtram Dei erunt quando dicet: Ite maledicti in ignem aeternum; & erimus ſicuti qui adorant Idola. Et erimus ſeparati a Patre, & Filio, & Spiritui Sancto & a Sancto Petro Apoſtolo, & a duodecim Apoſtolis qui Spiritu Sancto repleti fuerunt. Et erimus ſeparati ab illo dicto quod dixit Beato Petro Apoſtolo: Quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in coelis; & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in coelis. Et ſimus iterum diviſi a verbis Beati Pauli. Et iterum ſimus diviſi a trecentis decem & octo patribus, qui fuerunt antiquitus, & decem omnibus Patriarchis Orthodoxis; Et ſint dicta noſtra ſicut dicta Seuris Maiſtri Iacobitarum, & Maiſtri Neſtor & Neſtorius. Et Euchariſtia, quam accipimus ſit nobis ignis in corpore, & non habemus credulitatem quod Comunicatio ſit Corpus & Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nec credimus, quod ipſe ſurrexit a mortuis neque adſcendit ad coelos; nec oratio, nec ieiunium quod nos facimus ad Deum acceptabile non ſit, ſed Diabolo. Et ſit conſors

ſors noſtra cum Diabolo, & cum idolis, & quod Deus nullam remiſſionem a nobis non habeat, nec ſuper nos, nec ſuper filios noſtros ſit aliqua benedictio Dei. Et ſimus excomunicati, & ſeparati a Deo omni tempore ſi hoc frangerimus, & ſimus poſiti in ignem aeternum; et numquam Deus peccata noſtra nobis dimittat, nec bonum ovium habeamus, nec a Deo, nec Ieſu Chriſto nec a lege ſua. Et hoc ſacramentum quod iuravit nobis Raynerius Bottaccius Legatus veſter non fuit factum niſi bona voluntate illorum, qui in iſta cartula ſunt nominati, hac de cauſa quod omnes Piſani tam maiores, quam & minores, hoc ſacramentum, quod iſti ſua bona voluntate fecerunt illi concedunt, & libenter tenebunt, quoniam omnes Piſani hoc ſacramentum fieri iuſſerunt. Et illi firmiter tenebunt ſacramentum quod iſti iuraverunt, et fecerunt hoc ius iurandum ſecundum hoc quod eſt ſcriptum in hac cartula, & fuit factum hoc ſacramentum, quorum Patriarchis & Epiſcopis, & Sacerdotibus bona voluntate Legati, et qui cum illo ſunt, & omnes Piſani ſua bona voluntate hoc concedunt nos qui ſumus nominati

Filius Bernardi Raynerius.

Presbyter Arrigus Filius Guidi.

Vgo Moretti. Intelleximus hoc quod eſt ſcriptum in carta iſta. Et hoc ſuper nos manulevavimus & ego Presbiter Villanus ſcripſi pro his tribus nominatis & pro me.

Piſana gens admodum illuſtris, celebris etiam nominis inter Barbaros, & Saracenos fuit. Ab iis enim Muſethus Rex Saracenus praelio ſuperatus eſt, & Sardinia ſpoliatus, ut etiam *Bonincontrius* noſter ſuperius *pag.* 19. memoriae prodidit. Barbaros item

in Sicilia contuderunt ut *pag.* 29. ſuperius videre eſt. Sed & praeclara eorum facinora fuerunt in ſacris adverſus Saracenos Aſianos expeditionibus; quare mirari non ſubit, ſi Saladinus eorum potentiae & celebritatis ratione habita lubenter cum iis fędus percuſſit,& privilegia eis immunitateſque conceſſit. Sed & cum aliis Barbaris regibus Pacta & conventa Piſanorum reperio, ut anno MCLXXXV. Inſtrumentum pacis inter Alfachi Ebubraim Maioricae aliarumque inſularum circumiacentium Regem atque Commune Piſanorum initae; quod quidem in Archivo Reformationum Florentiae adſervatur, & a *Lunigio Tom. II. Cod. Diplomat. Ital.* refertur. Anno vero MCCLXV. Inſtrumentum pacis inter Elmirum Mommini, Regem Tunetanum, & eamdem Civitatem Piſanam factae, quod a memorato *Lunigio Tom.* I. profertur; & aliud apud eumdem eodem *Tomo*, in quo habentur Pacta inter Muley Bufferium, Regem Tunetanum, & Commune Piſanum, inter utriuſque ſubditos libere ac ſine ullo impedimento tractando ſancita anno MCCCIIC. more Piſano. Pacta vero conventa quae inter Saladinum, & Piſanos interceſſere, & Saladini Epiſtolas ad Piſanos ſcriptas, ita produximus, ut in Codice MS. Riccardiano digeſta erant, non ſervato temporis ordine; nam prima Pacta conventa ſancita fuerunt anno Muhamedis DLXIX. Chriſti MCLXXIV. Prima autem, & ſecunda Epiſtola, ſcriptae dicuntur Anno Hegirae DLX. Ærae vulgaris MCLXV. Tertia Epiſtola ſcripta eſt anno Hegirae DLXXV. Ærae Chriſtianae MCLXX. In multis annis deeſt, ſed inter poſtrema inſtrumenta eſt unum *pag.* . . . . . quod anno Hegirae DLXX. Chriſti MCLXXVII. datum eſt. Illa vero, in quibus annus deeſt, ſed Villanus

Ar-

Archiepiſcopus Piſanus nominatur, ante annum, Chriſti MCLXXIV. ſcripta eſſe non eſt dubitandum, quum Villanus Archiepiſcopus anno MCLXXIII. mortem obierit, ut apud *Troncium* in *Memorabilibus Piſanis* videre eſt. Conſules autem antiquitus Piſas moderabantur, ut conſtat ex hiſce inſtrumentis; & digna ſunt quae heic exſcribantur excerpta quaedam ex *Memorabilibus* MS. *Aurelii Gryphonii*, quae in privata Bibliotheca Nobiliſſimi Viri *Gabr. Riccardii* Canonici Florentini adſervantur, & quorum prooemium ita habet: *Ricordo, per me ſcrittore, Aurelio Grifoni, ſendo tornato queſto dì 13. di Settembre 1616. da Piſa, a dove in eſſa ho fattovi dimora giorni trenta e veduto molte ſcritture antiche di quella Città, Pubbliche, & viſto tre Prioriſti nella Cancelleria de Signori Priori di Piſa, io ho trovato molte famiglie nobili che di cognome ſono nominate, e cognominate di caſata nella Città di Firenze, e quali nomi, e cognomi ſono riſeduti per antico in Piſa del ſupremo Magiſtrato detto delli Anziani, il quale cominciò dell' Anno milledugento, & innanzi al 1200. ſi governava a Conſolato, con numero 12. Conſoli, ed altre memorie ritrovate ne' detti libri di Piſa, come del tutto io ne poſſo fare fede per la verità, di quanto è ſcritto in queſto libro, ec. Sendo andato a Piſa d' ordine di S. A. S. come per lettera del Signor Lorenzo Vſimbardi*. Et paulo poſt ita habet: *Nota, come la Città di Piſa, ſi governava da' Piſani ſotto nome di Conſoli innanzi all' Anno 1200. e quali riſedevano dua meſi per ogni ſeggio, in fra quali io ho trovato, che riſedettono queſti del Conſolato.*

Gualdo Gualandi Piſano del 1127.

Vguccione d' Alberto Gualandi Piſano del 1140.

Lamberto Gualandi Conſolo, e Ambaſciatore a Federi-

go Barbaroſſa Imperadore del 1170.
Alberto Gualandi Conſolo del 1194.

Nota come ho letto un Contratto in carta pecora dell' Anno 1156. *a dove ſono ſoſcritti i dodici Conſoli Piſani, in fra quali io vi ho trovato ſoſcritto Arrigo Conſolo del detto Anno* 1156. *Credeſi, che detto Arrigo ſia di Caſa Medici Piſano, trovando io che Gherardo d' Arrigo Medici era mercante in Piſa del* 1197.

Nota, che come ſi è detto, il governo Piſano cominciò a Conſolato, e durò ſino al 1200. *& dal* 1200. *cominciò il governo ſotto nome delli Anziani, e durò ſino al* 1407. *che in queſto tempo e' Fiorentini preſono Piſa, e li Fiorentini la radduſſero a governo di numero ſei Priori, e durò il governo ſotto nome di Priori ſino al* 1494. *& dal* 1494. *ſino al* 1509. *mediante Carlo Ottavo Re di Francia ritornò ſotto il governo d' Anziani, e dal* 1509. *ſino al preſente anno è ritornato ſotto nome di Priori, mediante loro Altezze Sereniſſime.*

Facile autem haec faedera barbari reges cum Chriſtianis inibant, ut commercio & mercaturae faverent, & ut merces, quibus indigebant, in eorum regna deferrentur, quod ex hiſce iuſtrumentis late intelligitur. Hinc etiam cum Florentinis pacta ſancita invenio a Rege Babylonis Saeculo xv. & manuſcripta exſtant in Bibliotheca Riccardiana. De Piſanis vero, eorumque cum Barbaris & Saracenis commercio, pluria etiam proferre potuiſſem, ſi per otium Archivum Florentinum Reformationum conſulere licuiſſet, in quod ingens copia inſtrumentorum Piſis translata eſt, & multa quidem Arabice ſcripta ſunt. Obſervandum interea eſt, ubi *pag.* 202. Icti nomen legitur, contractum eſſe Aegypti nomen; & Aegyptus exponitur etiam in Scholiis margis Inſtrumentorum horum MSS. quibus ea paſſim declarantur.

Per

Per haec ferme tempora, Conradus Montis Ferrati Marchio Tyrum ex Italia adpulit cum navi Iſaacii Graecorum Imperatoris, cuius ſororem in matrimonium acceperat. Expoſitiſque in continenti militibus, ut urbem ingreſsus eſt, tantam de ſe admirationem adtulit, ut Comes Tripolitanus, quem ex praelio ſervatum a barbaro hoſte memoravimus, Conradi virtutem & copias ſubſpectas ducens Tyro relicta Tripolim perrexerit, ubi occulta prius cum Saladino tentata pace, quum illam a ſuis civibus obſervari vellet, expoſtulat ab iis iuſiurandum illos conſervaturos, quae ipſe Saladino promiſerat, adſerens tempori nedum cedendum eſſe. Cui quum cives id denegarent, adfirmantes ſe nihil iuraturos, quod non prius aperte non accepiſſent, maeſtus ſtratum ſuum ingreſſus, in eodem, Dei iudicio, eadem nocte occubuit. Sunt qui dicant illum a Conrado veneno interfectum. Ceterum eius cadaver circumciſum repertum eſt, quia infidelis fuerat. Sed Tripolis Antiocheno Principi commiſſa eſt.

Iiſdem temporibus Guillelmus Siciliae Rex quinquaginta triremibus, quas Margaritus quidam Siculus ducebat Tyri adparuit, Cruceſignatos deferens. Ceterum Saladinus Aſcalonam reverſus, oppugnatam continuis diebus urbem ita demum ſuſce-

ſcepit, ſi Guidonem regem Ieroſolymitanum, & templi magiſtrum liberaret, ſolutique vinculis Tyrum revertantur. Interea Alam Turcarum Dučtor Laodeciam deditione ſubſceperat, eamque urbem cultoribus Arabum auctam quum reliquiſſet, in Agro Antiocheno inconſulte vagi palanteſque illati talem a noſtris cladem accepere, qualem ipſi ſuperioribus diebus Chriſtianis dederant. Saladinus Aſcalona munita copiis auctus eorum, qui a populatione Antiochena, & praelio male habito diffugerant, Ieroſolymas duxit. Inceſſanter diebus .... ad partem occidentis oppugnatam fruſtra urbem cum reliquiſſet prae moenibus conſedit; turreſque poſt aliquot dies oppugnare continuabat. Quum cives multitudine magis quam hoſtium vi, aut armis perterriti eſſent, ita ſe tamdem Saladino dedidere, ſi cum eorum ſupellectili, quam quiſque humeris ferre poſſet abire permitteretur. Facta eſt urbis deditio ſexto Non. Octobris, qui fuit anno ſalutis MCLXXXVII.

Saladinus urbem ingreſſus ſanctuaria polluit praeter Salomonis templum, in quod nudis pedibus, & capite aperto, aqua roſacea pavimento adſperſo ingreſſus eſt; permiſitque Chriſtianis tantum ex Aſia oriundis urbem incolere. Ceteros Tyrum deduxit, quam urbem Guillielmus Rex ſua

de-

defendendam ope ſubſceperat, repuleratque inde Saladini copias magno eorum incommodo. Deinde Saladinus in Antiochiam duxit exercitum.

Vrbanus Pontifex poſtquam ea, quae apud Ieroſolyma acta erant, & res in Aſia adverſas accepit, tum miſericordia Chriſtianorum ob fidem peremtorum, tum etiam de Templorum exſpoliatione certior factus, timore correptus, fidens ac ſupplex, quum Venetias ad opem implorandam miſeris Chriſtianis proficiſceretur in aegritudinem incidit, & ex ea non multo poſt Ferrariae mortuus eſt. Eodem anno eſt ei ſuffectus Gregorius Octavus Beneventanus, qui pari ardore accenſus Piſas ſe contulit, Genuenſeſque cum Piſanis diſſidentes pacificat, hortaturque ambos, ut contra Barbaros in Aſiam proficiſcantur. Sed ipſe octavo, & quinquageſimo poſt die interiit, & Clemens III. vir Romanus ei in Pontificatu ſucceſſit, qui praefuit Eccleſiae Dei annis tribus, & menſibus quinque, & diebus ſexdecim.

Interea Saladinus victoria elatus quinque & triginta civitates ex principatu Antiocheno infra trimeſtre partim vi, partim deditione civium, accepit, & ipſam Antiochiam, eiuſque Patriarcham, quem auro prius corruperat, in ſuas partes attraxit. Ceterum

rum Chriſtiani Duces, Regeſque a Clemente, admoniti ſe cruce ſignavere; Fridericus Imperator, Philippus Franciae Rex, Richardus Rex Angliae, Odo Burgundiae Dux. Orta deinde inter Regem Francorum, & Angliae, altercatio expeditionem hanc paulifper retardavit. Ea tandem ſublata Veneti, & Piſani cum eorum triremibus Cruceſignatorum partem adſportavere. Guillielmus Siciliae Rex qui cum Imperatore Conſtantinopolitano ſe iam pacificaverat, & Meſſanam redierat, Annonam tum ex Sicilia, tum ex Apulia, & Calabria ſuppeditabat. Fuere item tam felicis expeditionis Imperatori Comites Friſiones cum triginta eorum navibus, & aliis duodecim, quas Flandrenſes armavere. Qui in Mauritaniam quum veniſſent Africae litora invadentes ingentia ibi damna contulerunt; Silunumque urbem ſexaginta diebus oppugnatam tandem diripiunt. Ad quam rem peragendam quum multitudine hoſtium impedirentur, nec ſe inde ita facile, uti rati fuerant, avelli potuiſſent, tardius in Aſiam devenere. Et Hungarorum Rex tum religione, tum etiam auctoritate tantorum Principum, permotus, cum Venetis pacificatur. Qui cum Piſanis Tyrum primo adpulere, pariterque Aſiae littora depopulantes in Alexandriae portum pervenere; ubi viginti Barbarorum

na-

naves a claſſe Piſana incenſae ſunt; praeda ingens inde ablata claſſis ſe omnis ditavit.

Per ea tempora Guido Rex Ieroſolymitanus, qui Tyrum poſt praelium male habitum carcere ſolutus ſe receperat, quum urbi praeeſſe vellet a civibus adminiſtratione prohibitus eſt. Nam ſe ſub dominio Conradi Montisferrati eſſe adfirmantes alii parere recuſabant. Ex quo Guido Acone exercitum duxit, in cuius caſtris claſſis Piſana, Venetaque, & Cruceſignati ſe contulerant, urbemque obſidione cinxerunt. Saladinus his auditis ſuis laborantibus ſubcurrit. Pugnatum eſt aliquot diebus varia utriuſque exercitus fortuna, & tandem commiſſum pari voluntate praelium tam periculoſum atroxque fuit, ut primo noſtri paene victores Saladini equitatum in caſtra propulſaverint. Sed quum regredi vellent a Barbaris oppreſſi periculoſum pugnae eventum reddidere. Accepiſſentque noſtri cladem ea die haud obſcuram, ni Gottofredus cuſtodiis caſtrorum relictis eruptione in hoſtes facta barbarorum impetum ſubſtinuiſſet. Duo millia Chriſtianorum caeſa fuiſſe a barbaris ea die memorantur, in quibus Templarium Magiſter Oddo, & Andreas Eſtenſis; & hoſtium paene par numerus cecidit.

Iam

Iam in ſequentem annum diſtracta erat Ptolemaidae obſidio, & fames morbuſque peſtilens noſtrorum caſtra invaſerat, ſeditioneque in caſtris exorta, hoſtium ſtationes, quae annona abundabant triginta fere millibus militum, qui famem tolerare non poterant, clamore ſublato quum invaderent, ſimulata Saladinus fuga illas noſtris diripiendas reliquit. Quae quidem plenae erant omnis fortunae tum publicae, tum privatae. Qnumque noſtros palam euntes accepiſſet, & ſine ulla cuſtodia aut metu vagantes, ſtatim regreſſus, agmine inſtructo conſedit in ipſo itinere, unde a noſtris in ſua caſtra reditus erat. Noſtri ſinguli, bini, turmatimque interdum, quum per hoſtium agmina inordinati incompoſitique redirent a barbaris intercepti paene omnes, & occiſi ſunt. Ea clades adeo noſtros perterruit, ut non fuerint poſtea auſi ex munitionibus prodire. Quo tempore Sibylla cum quatuor parvis filiis profluvio ventris in ipſis caſtris interiit; & Iſabella quarti Baldovini filia Genfrando cuidam Germano Proceri deſponſata eſt, cui Regnum Ieroſolymitanum Sibyllae ſororis morte debebatur. Id Conradus Montis Ferrati aegre ferens illam Tyrum adſportavit, conſummatiſque cum ea nuptiis, Regnum Ieroſolymitanum ſubſcepit. Hoc etſi caeteri Chri-

Chriſtiani exercitus Duces iniquo animo ferebant, tamen quia illum, etſi maxime optaſſent, opprimere non poterant; tum quia ab eo annona noſtris praebebatur, tum etiam quia quidam largitionibus ab eo corrupti fuerant, tam nefarium facinus toleravere.

Interea Guillielmus Siciliae Rex, qui ex Iohanna uxore filios non ſuſceperat, Conſtantiam ſororem ſuam Deo dicatam auctoritate Clementis Henrico Friderici filio, quum iam illa aetatis eſſet provectae, in matrimonium copulavit. Quumque ſibi vitae finem adeſſe intelligeret illam teſtamento heredem inſtituit. Quae ſola ex Guiſcardorum gente ex legitimis haeredibus ſupererat. Nam Tancredum naturalem fuiſſe commemoravimus, & Rogerius frater, qui a Patre diſſenſerat, in Turri Piſana ut ſupra diximus mortuus eſt. Obiit Guillielmus Panhormi triginta ſex aetatis annis: regnavit annos XXI.

LAV-

HISTORIARVM VTRIVSQVE SICILIAE

LIBER QVARTVS.

TAncredus hanc Guillielmi fratris ultimam voluntatem nulla ratione ferendam ratus, ira ſimul & dolore Regni permotus, quia extraneum potius ex Regno, quam ſe inſtituiſſet heredem, & quia Conſtantiam in contumeliam ſui, voto ſolutam, aetatis ſenem, & infoecundam, ut a pleriſque rebatur, Henrico nupſiſſet, ut primum fratrem vita exceſſiſſe acceperat, adiutus a veteranis militibus, quibus cum liberaliſſime vixerat, & omnem pueritiam egerat, accerſituſque a Siculis, Inſulam occupavit, omniumque adſenſu Rex conſaluta-

tatus in Calabrias traiecit. Quibus item ſubactis in Apuliam penetravit. Qua item occupata, ita celeri curſu ceteras Regni provincias ſuae ditionis effecit, ut omnes ad admirationem tantae felicitatis ſua benevolentia adtraxerit; quamquam Clemens in Conſtantiae praeſidium Eccleſiae copias eo miſiſſet, quae a Tancredo ſuperatae in Campaniam profugerant.

Ea tempeſtate omnis ferme Etruria omiſſis tum civilibus, tum etiam domeſticis bellis ad expeditionem Aſiaticam ſe armaverat. Ii re bene geſta victores ex Aſia conlaudati pro concione a Friderico quum diſcedere vellent, Vexillo Rubenti ab eo Piſani (1) donati ſunt; quia eorum egregia

Q

(1) *Villanius* non Piſanos, ſed Florentinos rubenti vexillo donatos memorat. Sic enim *Cap. XIII. Lib. V.* refert: *Nelli anni di Chriſto MCLXXXVIII. eſſendo commoſſa quaſi tutta la Criſtianitade per andare al ſoccorſo della Terra Santa vegnendo in Firenze l' Arcivesſcovo di Ravenna Legato del Papa a predicare la Croce per lo detto paſſaggio, molta buona gente di Firenze preſono la Croce dal detto Arciveſcovo a San Donato tra le Torri di là da Rifredi, dov' è il monaſterio delle Donne, perocchè il detto Arciveſcovo era dell' ordine di Ceſtello; e ciò fu addì due di Febbraio del detto anno: e furono sì grande quantità i Fiorentini, che fecero oſte per loro oltremare; e furono al conquiſto della Città di Damiata de' primi, che*

gia opera plurimum in bellis contra Barbaros uſus fuerat. Et quia gratificari illis cupiebat, quorum virtus maxime in his bellis enituit, agrum Florentinis prius ademtum ad decimum proximum urbi lapidem reſtituit.

Ceterum Fridericus obſidione Acconis nondum ſoluta per Hungaros terreſtri itinere Conſtantinopolim magno Graecorum impedimento pervenerat. Iſaacius vero Imperator Conſtantinopolitanus, quum illum maiorem in modum formidaret, Friderico ſuadet, ut quanto id citius fieri poſſit in Aſiam traiiciat. Expoſitis igitur incontinenti copiis Ptolemaidam Turcarum urbem expugnat. Iconium inde delatus, quia eorum Dux annonam promiſſam denegaverat, finitimam regionem depopulatus omnia ſuae ditioni ſubiecit, & inde in minorem Armeniam magna annonae penuria, & pluribus praeliis cum Turcis geſtis, pervenit, cunctiſque civitatibus oppidiſque quacum-

che preſono la terra, e per inſegna recarono uno ſtendardo vermiglio, che ancora è nel Duomo di San Giovanni. E per la detta devozione, e ſuſſidio de' Fiorentini fatto in ſervigio di Santa Chieſa, e della Comunità, da Papa Gregorio, e Federigo Imperatore, fu renduta la iuriſdizione del contado al comune di Firenze di lungi alla Città dieci miglia. Mecatt.

cumque incederet ſuae ditionis effectis, dum rapidum flumen pervadere niteretur, caſu periniquo cadentis equi ſuffocatus eſt anno ſalutis MCLXXXVIII. Eius cadaver ab Henrico eius filio paternae expeditionis ſocio Tyrum delatum eſt. In qua urbe Conradus Montis Ferrati Marchio ab Saladino obſidebatur. Vixit autem Fridericus in imperio annos XXVII. quibus pro maiori parte excommunicatus permanſerat. Superfuere ex Friderico filii duo; Henricus VI. natu maior, quem diſcedens e Germania Alemannis praefecerat. Eius copiae tamdem in agrum Antiochenum delatae brevi dilabuntur.

Iiſdem temporibus claruit Ioachim Abbas Florenſis Calaber, quem ſpiritum propheticum habuiſſe ferunt, libroſque in ſacra Theologia quamplures edidit, inter quos in Apocalypſin ſcripſit. Inter cetera eius egregia dicta hoc putamus eſſe, Civitatem Conſtantinopolitanam, quae propter frequentes haereſes a vera fide deſciverat, dandam eſſe gentibus. Quod deinde noſtra memoria eveniſſe vidimus.

Interea Philippus, & Richardus, Angliae, & Galliae Reges, Tyrrheno mari ad Meſſanam devecti felicibus auris uſi in Ptolemaidae portum pervenerant, & noſtrorum caſtra auxerant. Richardus vero foedis

coeli tempeſtatibus XI. Iunii MCLXXXX. in Cyprum delatus quum terra a cultoribus prohiberetur, excandens ira Inſulam occupavit, illamque ſibi munivit. Inde apud Ptolemaidam ceteris ſe coniunxit. Oppugnata ab iis urbs, Saladini virtute ſemper defenſa; ubi variis praeliorum congreſſibus erupere; ſaepius cum noſtris concurſum, & dubio marte certatum eſt. Clemens interea Romae moritur A. MCLXXXXII. & Coeleſtinus III. vir Romanus ei in Pontificatu ſucceſſit. Hic Henrico praeſente coronatus eſt omnium Romanorum plauſu; & ingenti pompa per urbem invectus cum eodem Henrico ad Petri Baſilicam conſedit. Qui aegre ferens Tancredum Regno Neapolitano potiri, clam Conſtantiam uxorem Panhormo eduxerat. Iuſſerat enim Pontifex Henricum in Germanorum Regem poſt Friderici mortem deligi, & nuptias cum Conſtantia celebrari. Poſtremo illum Imperatorem dixit, Regemque utriuſque Siciliae creavit, iuribus Romanae Eccleſiae ſemper ſalvis. Hic veniens in Italiam Tuſculum Coeleſtino Pontifici dono dedit, quod inconſulte, & nulla veteris odii ratione habita ſibi a Romanis petitum tradidit. Quod mox ab ipſis dirutum eſt, & ingentia muri, & portarum ſa-

xa Romam ob rei memoriam deportata Clivo Capitolino adfixa ſunt.

Per haec Henricus nuptiis cum Conſtantia celebratis Neapolim tribus ferme menſibus obſedit, quia cum Tancredo ſentiebat. Sed peſte in caſtris exorta, quum eius exercitus paene inutilis factus eſſet, ut primum convaluit, Salernum relicta Neapolitanorum obſidione profectus eſt, civitatemque diripuit. Deinde in Alemaniam ab amicis accitus novos in Germania motus iam exortos ſua praeſentia ſubſtulit, deinde in Italiam rediit. Eo anno ſolis defectus fuit.

Duobus iam annis duraverat Ptolemaidae obſidio, etſi Philippus partem muri adſcenderat cum ſuis, & validiſſimam turrim corrui fecerat. Quo metu cives perculſi tamdem deditionem fecere tertio Idus Iulii, ea lege a noſtris data, ut pars Crucis, quae ſuperioribus annis in praelio male a noſtris habito amiſſa fuerat, & quam fama erat ibi a barbaris ſervari, noſtris reſtitueretur; civeſque cum eorum praeſidio incolumes inde abirent. Quod, ut exſequeretur ſine illorum civium periculo, id negotii Philippo, & Richardo, Regibus datur. Richardus, quum Chriſti Crux non reperiretur, partem civium quam incolumem deducendam acceperat, crudeliter trucida-

 vit.

vit. Philippus ſuos cum captis antea a Saladino Chriſtianis permutavit. Ob quod ſimultas primo, inde odium manifeſtum, inter eos exortum eſt. Saladinus his legibus non ſervatis, quibus ſe Ptolemaide dederant, indignabundus multarum civitatum moenia diruit; quas pridem a Chriſtianis ſubſceperat, in quibus fuit Caeſarea, Aſcalone, Dan, & Sachan.

Richardus Ioppen inſtauravit, quae & Caffa dicitur, coloniamque Chriſtianorum deducens eam civibus explevit. Erat Saladini animus Chriſtianis Ieroſolymam reſtituere, ſed certior factus de diſcordia inter Philippum, & Richardum, exorta ab incepto conſilio ſe abſtinuit. Philippus deinde ſe aegrotum ſimulans in Italiam rediit, Oddonemque Quercidam Burgundiae exercitui Aſiatico praefecit. Per id tempus Richardus animo auctus, & maioribus intentus negotiis cum Saladino bellum gerebat. Quo tempore Tyri duo ſicarii Conradum Montisferrati adgreſſi, ut eorum ſuperſtitionis hoſtem vita privarent, pluribus vulneribus confoderunt. Vnus illico ab adſtantibus Conradi amicis trucidatus eſt. Alter ex fuga retentus non alio, ac ſi evaſiſſet, vultu fuit, tormentiſque quum cruciaretur ea hilaritate permanſit, ac ſi etiam tunc fuiſſet immortalitatem adſequutus.

Per

Per id tempus Henricus Campaniae Comes Iſabellam Reginam uxorem duxit, dominiumque Tyri ſibi vindicavit, ſpretoque regio nomine Regem Franciae invaſurus Campaniae titulo contentus ſubſceptam principatus curam egregie adminiſtravit. Richardus vero, quem maiora attentantem meminimus, blande Guidonem Luſinianum adpellatum hortatur, ut relicto Tyri, & Ieruſalem Regno, Ptolemaidaeque dominio, Regnum Cypri perpetuo poſſideret; quod grandi ſubſcepta pecunia impetravit, & ad noſtra uſque tempora ſui poſſiderunt. Deinde Richardus, & Oddonus, dum Ieroſolymas obſidendas pergunt a Saladino in itinere adorti ſuperiores in pugna fuere, & nonnullis ex ſuis ditionibus amiſſis caſtra apud Bethelem habuere; commeatuque intercepto, qui ex Aegypto Ieroſolymas importabatur, urbe potiti eſſent, ſi eo caſtra contuliſſent. Iam Autumni tempus adventabat, & Richardus Aſcalone milites in hiberius locaverat; quam inſtauratam Gazam Chriſtiani adpellaverant. Oddo Tyri hiberna habuit. Interea claſſis Veneta & Piſana, quam ſuperioribus annis in Aſiam perveniſſe diximus, Aſia exceſſere. Hi inter ſe quibuſdam veteribus odiis decertantes magni poſtea detrimenti Chriſtianis fuere; nam pars Piſanae claſſis Polam deletam in-

inſtruere, quae Venetis tributaria erat, occupavit, ibique Piſani hiemantes a Venetis eorum claſſis intercepta eſt; Polaque vi capta &, Piſana claſſe incenſa, onerarias eorum naves Athenis redeuntes interceperunt. Sed tamdem magno Piſanorum incommodo pax inter utroſque firmata eſt.

Richardus interea, dum Ieroſolymas pergit, certior de Philippi odio factus Normandos, qui ſuae ditionis erant, in Gallia bello exagitaturus, in Gallias redire ſtatuit. Itinerique tanto vehementius inſtabat, quia compertum habebat Ioannem fratrem ad Angliae Regnum adſpirare; peractiſque ob eam rem turpiter cum Saladino induciis, omnia, quae ſuperioribus annis bello ſua effecerat, illi reſtituit, praeter Tyrum & Ptolemaidam. Deinde in Auſtriam veniens ab hoſtibus captus Imperatori Henrico traditur, a quo poſt annum magno auri pondere a ſuis redemtus; ob idque & Regi Francorum infenſus graves contra eum inimicitias exercuit, unde ſe cum ſuis poſt foedus a Richardo cum Saladino habitum Ptolemaidam recepit, parteque ſuorum Tyrum immiſſa, hortatus eſt Henricum Campanum ut Regni Ieroſolymitani titulum ſubſciperet. Quem ille otio deditus renuit; pauloque poſt in Campania domo praecipitatus interiit. Iiſdem ferme diebus Guido

Rex

Rex Cypri vita functus eſt, & Antiochus eius frater Regnum accepit. Deinde Iſabellam Henrici relictam duxit uxorem; ad quam iure hereditario Tyri, & Ieruſalem Regni titulus adtinebat. Saladinus quoque eodem tempore mortuus eſt, qui moriens ſe ſepeliri mandavit in Templo Salomonis, inque ſuo tumulo lanceam imponi, & per urbem praeconis voce adclamantis deferri, Saladinum Aſiae domitorem nihil amplius ex tam opulento Aſiae regno & tantis opibus ſecum deferre. Quo functo vita eius frater Siſandinus cum Saladini filiis de imperio decertavit. Quae res noſtris plurimum auxilii & favoris adtulit. Namque Siſandinus quum aegre Saladini filios ferret, illos occidit, ut ſolus imperitaret.

Per ea tempora Richardus Rex Angliae magno bello altercatur cum Philippo Franciae Rege propter Normandiae Comitatum, ex quo ea poene Provincia bellis conſumta eſt.

Philippus Rex Franciae Ilferoburgem Regis Danorum ſororem apud Ambianam urbem uxorem ſibi copulat; quam mox maiorem in modum exoſam habens, de eius divortio apud Guillielmum Remenſem Epiſcopum libellum porrexit, quem ille non admiſit.

In Etruria per ea tempora bellum erat. Nam Volaterrani de finibus cum Piſanis diſſidentes quum oblatos non acceptaſſent, indignatus Piſanus populus omnem eorum iuventutem eo coegit. Obſeſſi Volaterrani per quatuor menſes, in arbitrium populi Piſani ſe permiſere; qui ab iis male habiti omnes in carcerem Piſis coniecti magno auri pondere ſe redemere. Deinde Senenſibus intermediis pax inter eos firmata, & magno Volaterranorum damno tranſacta eſt.

Et claſſis Piſana quinque & XX. triremium in Africam delata viginti Barbarorum triremes, quae in Sardinia Cliaſtrum oppidum depopulatae erant, in mari praeda onuſtas cum eorum nautis intercepit; Sardoſque captivitate liberatos ſuis reſtituit. Ob quod a Sardis eius gratiae cauſa Cliaſtrum Piſanis cum Savino (1) monte, ubi nunc Orieſte eſt, dono datur; ubi ipſi oppidum Sancti Savini aedificaverunt, auctore Stephano Giſmundo (2) eorum nobili, qui claſſi praepoſitus a populo Piſano fuerat.

Hen-

(1) *Savino*, ut videtur, pro *Sabino*.

(2) Haud abs re; & iniucundum, fore crediderim, ex ſuperius laudatis *Aurelii Gryphonii* Memorabilibus heic adrepta occaſione nomina plerarumque nobilium

lium familiarum Piſanarum proferre, quarum apud eum catalogus elementorum ordine ita habet.

Libro del Prioriſta di Piſa detto Cronica Antianorum, qual libro comincia del 1289. & prima.

Agnelli	*Agati*
Accatti	*Arrigho da Lucca*
Adami	*Baliani*
Armati	*Batatti*
Armignoſſi	*Bellomi*
Alliata	*Baſci*
Abati	*Buonafede*
Arlotti	*Branchi*
Ammannati	*Bugarri*
Ariſteccha	*Buon Conti*
Abbracciavacche	*Buonaiuti*
Alfercii	*Buoninſegni*
Arſicci	*Buonaveri*
Del Abbaco	*Buonaffari*
Aiutami Criſto	*Buonamici*
Attavelli	*Brigaſenni*
Argumenti	*Buonapota*
Ardovini	*Botticelli*
Aſciano	*Benigni*
Appiano	*Buonanni*
Albertini	*Bettoni*
Angeli	*Buonincontri*
Aſtari	*Buonaccorſi*
Aldighieri	*Benetti*
Accerriti	*Bandini*
Amori	*Bondiei*
Amadori	*Bellebuoni*

Bel-

Bellebranche	*Barile*
Berzighelli	*Bonizzi*
Bellandi	*Bartalotti*
Branculari	*Bocchetti*
Buldrone	*Bettini*
Baroni	*Bucchiſi*
Balbi	*Buonromei*
Badeſſa	*Barontini*
Brunelli	*Bandi*
Benincaſa	*Bernardini*
Barbotta	*Bartoli*
Berci	*Botchi*
Bargatta	*Botchetta*
Buti	*Bencivenni*
Baciocchi	*Bruſchi*
Bertini	*Bufalini*
Bottari	*Barbieri*
Bella Talla	*Bolgarucci*
Berti	*Boeti*
Buc	*Baldi*
Buonfigli	*Barucci*
Barba	*Bizzarri*
Benvenuti	*Baruffi*
Baccioni	*Capannoli*
Betti	*Cinquini*
Borghini	*Camuliani*
Benedetti	*Caſciani*
Briccia	*Cappellari*
Bagnio	*Campigli*
Bernardi	*Caſcioli*
Balbanoſi	*Cordovanieri*
Balducci	*Caleffi*
Buoncriſtiani	*Cavalletti*
Baglioni	*Corboli*

Di

Di Campo
Ceſtoſi
Da Canneto
Cortigni
Carretti
Di Corte
Ceſani
Conetti
Caſtraleoni
Caſtelli
Cavalca
Da Cotone
Da Colle
Cavalleſari
Cioli
Capannetti
Carini
Caccanemici
Centi
Cini
Carratella
Chelli
Compagni
Cotena
Calſe
Cipolla
Chiaffi
Colimela
Cenni
Caſciari
Campanari
Carboni
Cambi
Caraſſari

Cartelloſi
Conforti
Civoli
Chiari
Cappellacci
Caſanuova
Caſoni
Del Corno
Corbini
Coſci
Caſtroni
Caſucci
Ciabatti
Ciapparoni
Curradini
Chiavelli
Centolire
Ciampuli
Caſtelli
Cionarini
Corſini
Calende
Capraia
Cavalcanti
Coraſſa
Cambini
Corſucci
Cioni
Ciampulini
Cilla
Caſciani
Colini
Cantarini
Cagnaſſi

Cri-

Criſtiani
Cieoli
Della Caccia
Carneſecchi
Checcucci
Capretti
Dati
Davini
Damiani
Donacci
Donati
Davinicci
Dini
Dindi
Del Duomo
Errigoni
Eſmadori
Erighi
Framucci
Fagiuoli
Frarapone
Fornari
Fanuglia
Federighi
Fumanti
Franchini
Fabbri
Falconi
Ferretti
Familiati
Faloppi
Del Fagiano
Fibbiari
Filippi
Falchini
Delle Foglie
Fava
Farſettari
Fidaneſe
Fieravanti
Fracaſſi
Fantini
Ferramoſca
Falducci
Femminella
Fedini
Fanucci
Faloppi
Forculi
Fallerini
Franchi
Fruoſini
Gatti
Gallittiani
Garfagnini
Graſſi
Guglielmi
Gontulini
Grilli
Gruni
Guitti
Gammelli
Granelli
Garofali
Granchi
Gambacorti
Gelſa
Graſſulini

Gua-

Guaſcappa
Del Gufo
Guicciardi
Del Gora
Guerrigi
Galgani
Guercieti
Giuſti
Guarguaglia
Geſe
Del Guercio
Galluti
Guarnieri
Giuochi
Griffi
Gaddi
Graſſini
Gualfredi
Ghini
Galletti
Guidi
Grimaldi
Gettalebraccia
Ghetti
Ghelini
Gentili
Giugni
Granducci
Geſſulini
Garbini
Guerraſſi
Guiducci
Del Groſſo
Ghirlandi
Geppi
Guerrini
Gambini
Giacomini
Gaetani
Gattabiancha
Giſmondi
Gualandi
Iambelli
Iacomini
Leuli
Lamberti
Leoneri
Lippi
Lambertucci
Landini
Lupi
Lanti
Landi
Longo
Lapi
Laggi
Lapucci
Lemmi
Lanfreducci
Lambardi
Lanfranchi
Di Lando
Luti
Landucci
Macigni
Martelli
Meloni
Moſcheriſi

Ma-

Maſchioni
Malmetti
Mattei
Muſſi
Manni
Moriconi
Mele
Morrena
Marini
Morelli
Marignani
Marovelli
Mariſcalchi
Martinoſſi
Micciari
Magogi
Marchi
Da Maſſa
Miliati
Marrocchi
Maſſei
Marci
Martini
Magli
Mattoſi
Marinari
Mangarelli
Menabuoi
Merlacci
Margatti
Marſuppini
Maggiolini
Moſcha
Morelli
Mugeſſi
Multicci
Melani
Mondelli
Merciardi
Maſcari
Megliorati
Manninghi
Mercati
Malpigli
Magrini
Mannucci
Marraſſi
Maſsei
Mantucci
Maricotti
Marſucchi
Mugnari
Maſi
Migliorelli
Maccaroni
Marracci
Monteſoſcoli
Marangoni
Mei
Malannini
Montecatini
Muſacchi
Malacalza
Migliacci
Menucci
Marchini
Montalvi
Micheli

Maſca

Maſca	*Petreti*
Mazzuoli	*Pedoni*
Navicati	*Perini*
Da Navacchio	*Penſiera*
Nocchi	*Pini*
Nucci	*Porcelli*
Del Nero	*Paganini*
Nati	*Paudolfi*
Niccolucci	*Pecci*
Narducci	*Pecciuoli*
Niccolini	*Da Padule*
Nacci	*Pandolfiui*
Narducci	*Paſſi*
Orlandini	*De Ponte*
Oculi	*Poggi*
Omodei	*Pecchia*
Orſelli	*Picchinelli*
Oradini	*Pinocchia*
Oliveti	*Pucci*
Omici	*Da Pontadera*
Orſi	*Puccetti*
Orſarelli	*Porcellini*
Olivieri	*Papi*
Pilati	*Pauli*
Pellicciari	*Penſiera*
Pane Vini	*Porco*
Pichini	*Parazzoni*
Pellari	*Perſicati*
Paganelli	*Puccini*
Parlaſci	*Perotti*
Papa	*Peſculini*
Pellegrini	*Perauba*
Piaggoſi	*Paſſini*
Pancaldi	*Putignani*

Pucciarelli
Palmieri
Puccioni
Picchiapietre
Parducci
Pacini
Porciari
Poverini
Pecora
Palmerini
Da Padule
Pagni
Pighinelli
Petreti
Pontecorona
Piſtoia
Pitta
Piaſtra
Peſſini
Petrellini
Peliſtrelli
Ponſanelli
Poggibonſi
Piſani
Primi
Quarrata
Quintavalle
Roſſermini
Roncioni
Raù
Ragoneſi
Ranieri
Riccardi
Ricci
Rinaldi
Ruſtici
Riſtori
Della Rocca
Seretti
Stambi
Scelleti
Speronari
Scacciari
Sampati
Sciancati
Scelluti
Stefani
Sellari
Settimi
Salvi
Seccamerenda
Scalonſi
Sardi
San Caſciani
Da Sala
Scarſi
Sanguigni
Scornetti
Seta
Sciolta
Sendacli
Specchiari
Sega
Scarſagalli
Scorni
Secchi
Squarcialupi
Salmuli

Sa-

Savini
Sera
Siſmondelli
Da Stellaria
Saſſi
Signoretti
Spada
Del Sordo
Serena
Setaiuoli
Salvini
Scaficci
Soppi
Straccagalline
Segni
Saragoni
Succhetti
Soldani
Salinguerri
Sacchetti
Toſti
Tripalli
Tommaſi
Tandi
Turchi
Talenti
Trettimanni
Toſtari
Tegrimi
Tortini
Tempinelli
Toppaioli
Tamburari
Tarpeſſi
Tebaldi
Tofani
Tagliaferri
Torcelli
Talucci
Tozzi
Tiari
Turellini
Tinghi
Targonini
Tempieri
Tignanti
Tucci
Torti
Tronci
Delle Vecchie
Vitoli
Viari
Valonſani
Vbaldi
Vgolini
Vernacci
Vpellini
Vaccherella
Vlivieri
Da Via Cava
Viviani
Del Verde
Vbertelli
Vena
Vannoni
Viola
Vecchiani
Vanni

Voglia	*Vaglienti*
Varna	*Vpezzinghi*
Venturini	*Veneroſi*
Da Villa	*Viſconti*
Vernagalli	*Verchineti*
Da Vico	*Vrbani*
Vaccha	*Vghi*
Vivoli	

Henricus Barbaruſſae filius contra Tancredum in Sicilia inſula cum Conſtantia penetraverat, maioremque inſulae partem benevolentia Conſtantiae uxoris a cultoribus ſibi oblatam acceperat. Guilielmum Tancredi filium adoleſcentem egregium acriuſque ſibi reſiſtentem haud procul Agrigento contra ipſum concurrentem ceperat. Poſtremo urbe potitus tres ipſius Guillielmi ſorores cum Margarita eorum matre, cum ipſo Guillielmo, quem luminibus excoecavit, in carcerem in Germaniam miſit: ſed ii multis poſtea annis mortuo Henrico a Philippo eius fratre liberati ab ea captivitate fuerunt.

Florentini ea tempeſtate unum Conſulem creavere, qui poteſtate a populo ſibi permiſſa & ius dicebat, & ſtatum Reipublicae gubernabat. Quod plebiſcitum ſingulis annis uſque ad Friderici II. interitum obſervarunt. Et Philippus Franciae Rex Normandiam ingreſſus Vernolum diu obſeſ-

obſeſſum expugnavit, & inde Ebicam urbem diripuit inceditque.

Anno ſalutis quarto & nonageſimo ſupra centeſimum & milleſimum Henricus ſuorum aucto exercitu Tancredum undique fugientem inſequutus, tandem omni Trinacria pepulit. Is Tarentum ſe recepit. Ceterum Henricus Tancredum, Tancredi filium & Margariton Epyrotarum Regem Siracuſas fugam properantes, qui Tancredi partis fuerunt, captos in Germaniam miſit. Sunt qui dicunt quod inter eos ipſe Tancredus Rex fuerit; ſed falſum eſt quum is Tarento non ab Henrico, ſed a Friderici eius filii tutoribus, pulſus fuerit. His rebus in Trinacria peractis Romam veniens, omnia quae inter Romam, & Neapolim, ſunt ſuae ditionis effecit. Caietam primo, inde Beneventum, & Neapolim, parvo labore ſuſcepit, ſuiſque regnis adiecit, quod numquam antea factum fuiſſe quidam adfirmant.

Interea Conſtantia Henrici uxor filium peperit, cui Fridericus nomen fuit. Sed quia eius paritudo poene impoſſibilis habebatur, utpote quae iam ſexagenaria erat, tentorio in perpetuum clauditur Panhormi, ut filium extraheret; obſervato prius a populo ne quis infans in tentorium deferatur. Quo tempore exorta eſt tempeſtas valida, &

grando lapidibus admixtis de coelo cecidit.

Richardus Angliae Rex, qui Philippi ſororem ſibi deſponſatam repudiaverat, cum inſtructis aciebus manum inferre iam paratus eſſet, immutata mente cum paucis equitibus ad Philippum venit, ſeque illi pacificat, cui pro comitatu Normandiae, Pictavienſi, & Andegavenſi, ſuperiorem ſibi Philippum Regem adgnoſcens tributum illi pro iiſdem quot annis ſolvere promiſit.

Iiſdem temporibus nobilis Giſmundorum familia Piſis ſatis pollens inter ſe diviſa eſt. Nam cum ſuperioribus annis Stephanus eius gentis primarius in Sardinia dominium occupaſſet, indignati cives, reliquos quum urbe pellere voluiſſent, ab hoc diviſi, qui cum Stephano ſenſerant potentioribus adverſantes eiecti ſunt. Qui Giſmundi Caraffi dicti, quaſi Carae filii, quae Stephani mater fuerat; & Neapolim cum eo venientes ab Henrico conducti, claſſamentarium ibi aedificantes, civitate, & agro ab Imperatore donati ſunt; a quibus Caraſſorum familia Neapoli honeſta pollenſque exorta eſt. Qui cum populo ſenſerant Giſmundi Caraccioli adpellati, & ii eorum inſignia mutarunt. Qui autem nullis ſeditionibus ſe immiſcuerant, antiquum eorum nomen inſigniaque familiae cum Caraffiis ſervavere. Sunt qui dicant, Canazzolos

Nea-

Neapolim paucos poſt annos advectos, & Carazolos pro Canazolis dictos & amoenitate urbis captos civitatem incoluiſſe, & cum Caraffiis eorum gentibus ſe iterum immiſcuiſſe; quae fama adeo vehemens exiſtit, ut plerique exiſtiment hos ab illis originem habuiſſe: quod falſum eſt. (1) Mi-

(1) Multa quidem de Nobilibus Piſanorum familiis paulo ſuperius adnotavimus; quum vero heic *Bonincontrius* alia quaedam de iisdem memoret; Et per haec tempora forma Piſani regiminis immutata fuerit, Conſulum dignitate abolit, lubet quaedam etiam heic auimadvertere & de Conſulibus, qui ante hanc aetatem Piſas procurarunt, & de viris inclitis, qni in eadem urbe floruerunt, omnia ex laudati *Gryphonii Memorabilibus* excerpendo.

Caſate Piſane, che ſono riſedute della dignità del Conſolato in Piſa, Supremo Magiſtrato, e primo Magiſtrato, per quanto ſi è poſſuto vedere per le Scritture pubbliche in Piſa.

Gualando Gualandi riſedè dell' anno	1112.
Ildebrando Viſconti riſedè dell' anno	1136.
Errigo Federighi riſedè dell' anno	1154.
Rinieri Gaetani riſedè dell' Anno	1165.
Vetrignio di Rinieri Upezzinghi riſedè dell' anno	1140.
Banduccio Barucci riſedè del	1166.
Lamberto Pandolfi riſedè dell' anno	1173.
Ildebrando Mercati riſedè dell' anno	1179.
Ildebrando Mercati riſedè del	1179.
Gherardo Gaetani riſedè del	1122.

(1) Miniatenſes, qui res Etruriae ſuperioribus annis exagitatas turbulentiores fore cognoverant, & multos ad tyrannidem aſpirare, quum ipſi ſub fide Barbaruſſae, deinde Henrici, ſe continerent, eorum oppidum, quod a ſuperioribus annis in plano, ubi dicitur Sangeneſius, aedificaverant, ad antiquum oppidum in monte proximo ſitum.

Ildebrando Lanfranchi riſedè del	1161.
Benedetto Vernacci riſedè dell' anno	1165.
Guiglialdo Lamberti riſedè del	1167.
Buoncriſtiano Buoncriſtiani riſedè dell' anno	1178.
Ribaldo Cocchi riſedè dell' anno	1191.
Simone Boccacci riſedè del	1197.
Ildebrando Mercati riſedette dell' anno.	1179.
Rinieri d' Ildebrando Marzi Giudice, & riſedè del 1196. *& Sigerio Marzi del* 1226. 1245.	
Arrigho Moſchi riſedè dell' anno	1156.
Pipino Federighi riſedè del	1189.

Vomini celebri Piſani.

D. Arrigus Agliata Capitano del	1120.
D. Adamo Adamo Cav. del	1120.
D. Vgonis Gherardeſchi Capitano e Cav. del	1112.
D. Lanfrancus Lanfranchis conſ. del	1161.
D. Pellarius Lanfranchis Capitano del	1171.
D. Albertus Agliata Cav. e Capit. del	1175.

(1) Hoc ipſum *Villanius* commemorat *Cap. XXI.* laudati *Libri V.* ſic enim refert. *Nelli anni di Criſto* 1197. *i Terrazzani del Caſtello di San Miniato al Tedeſco*

tum, ubi uſque in praeſens cernitur, tranſtulere. Cultoribusque ex plano ad montana translatis, duo etiam ſuburbia ex utraque parte mira celeritate veteri oppido addidere, moeniiſque coeno erectis veteri ſtructione minorem cinxere, in quibus ſex hominum millia incoluerunt.

Per haec tempora Henricus Regno Neapolitano potitus, quotquot Regni potentes ſibi adverſos fuiſſe cognovit, cepit, & in Alemanias relegavit, ob idque illum a Pontifice excommunicatum pluribus menſibus in ea permanſiſſe comperio. Demum abſolutus expeditioni ultramarinae ſe paravit; hortatuſque eum Pontifex eſt ut Archiepiſcopum Moguntinum Arnaldum, & Othonem Saxoniae Ducem, quum ſolus tantos ſumtus tolerare non poſſet, ſocios ſui haberet itineris. Id quum facile impetraſſet comparandae claſſis gratia Meſſanam perrexere ad commeatus Cruceſignatis praeparandos. Deinde inſequenti anno aegritudine correptus quinto, & quinquageſimo aeta-

deſco per loro diſcordie disfecero la loro terra, e tornarono ad abitare nel piano luogo detto San Gingio, ed in quello di Santa Gonda, per eſſer più allagio del piano, e dell' acqua, e preſſo al Fiume d' Arno, e di quello d' Elſa, credendoſi ivi fare una gran Cittade, ma loro intendimento toſto venne vano. Mecatt.

aetatis ſuae anno interiit, relicto Friderico filio quatuor annorum ſub tutela Conſtantiae matris, quam Pontifici cum filio commendarat; Regnumque Alemaniae ſub tutela Philippi fratris reliquit. Is annis novem pro Imperatore ſe geſſit, & in eorum numero relatus eſt.

Factum eſt tamdem divortium inter Franciae Regem & eius uxorem, adfinitate Regis Dacorum probata. Ea tempeſtate Mauri magna parata claſſe in Hiſpanias penetrarunt. Fit cum iis a Don Ferrando Rege Hiſpaniae praelium, in quo ſuperatus eſt, & captus; occuparuntque Barbari eam Hiſpaniae partem, quam inter Valentiam, & Columnas Herculis eſt, quae hodie Granatam vocant, ubi ad haec uſque tempora permanſerunt.

Bola Rex in Hungaria per ea tempora deceſſit, & Henricus eius filius in Regno ſucceſſit. Orta inter fratres ſeditio, parataque ad concurrendum acies, aureo ſceptro acclamans, Et quis eſt tam audax, inquit, qui Regio ſanguini manus inferre praeſumat? Eo maxime modo vir fortis imbecilliores ſibi fratres conciliavit.

Quo tempore Dux Saxoniae Otho, & & ceteri Cruce ſignati per Hungaros, & Thracas in Aſiam devenerant ad Ptolemaidam; induciaſque ad eam diem ſervatas tolli

tolli iuſſerunt; Berytumque a Turcis deſertum muniunt, inde Turone agri Tyrenſis caſtrametati ab hoſtibus repulſi ſunt tanto noſtrorum pavore, ut Berytum, quod paucis antea diebus muniverant, eo metu derelinquerent, & Ioppen tantummodo a Turcarum furore ſervarent. Per id tempus Richardus Angliae Rex telo catapultae percuſſus obiit, cui Ioannes frater in regno ſucceſſit.

Ea tempeſtate Coeleſtino Romae vità functo Innocentius III. ex Anania oriundus Pontificatum ſuſcepit. Quo impulſore Simon de Monfort Gallus genere, fama clarus, atque opibus pollens cum nonnullis Francorum cohortibus Tyrum transfretaturus, vir fortis & potens, qui noſtris plurimum praeſidio in Aſia fuiſſe fertur, expeditioni Aſiaticae ſe accinxit. Et Philippus Henrici Imperatoris iam defuncti fratrer Etruriae Ducatum adminiſtrans Imperii gubernacula a Conſtantia, & Pontifice impetravit, quoad Fridericus adoleviſſet; multaque, ut bonus tutor effecit. Paulo poſt Conſtantia moritur, & Panhormi ſepulta eſt, additique puero tutores ab ipſa Innocentius Archiepiſcopus Panhormitanus, & Matthaeus Archiepiſcopus Campanus. Nec tamen Philippus id aegre tulit, ſed rebus novis in Alemania exortis;

in

in Germaniam, relicta iis Friderici tutela, penetravit. Philippus Franciae Rex divortium uxoris continuans a Pontifice cum omni ſuo regno excommunicatur. Id ipſe iniquo ferens animo omnes Epiſcopos Pontifici faventes eiecit, & eoſdem, quos pridem ſuo edicto profugaverat, reduxit. Bellumque deinde cum Anglis exortum varia utrorumque fortuna peractum eſt.

Anno MCLXXXXIX. in Gallia apud Roretum ſacerdote ad altare conſecrante, vinum calici immiſſum videntibus cunctis in ſanguinem, & hoſtia in carnem, mutata eſt. Et Maio menſe eques, qui pridem mortuus fuerat, reviviſcit, multaque de inferorum cruciatibus inaudita referens, futura quaedam praedixit, quae paulo poſt ſequuta in Gallia ſunt; & aliquot menſibus nihil unquam deguſtans vixit. Et in vigilia Sancti Ioannis Baptiſtae ros mellitus de coelo cecidit. Et menſe Iulio tempeſtas exorta eſt; grando cecidit ſolito grandior, quae ſata, vineas, & nemora, quacumque cecidit, penitus devaſtavit.

Arturus puer Britaniae comes, nepos Regis, Andegaviae comitatum ab Rege Franciae alienavit, & cepit anno MCC. Philippus Franciae, & Iohannes Angliae Reges pacificantur, & Ludovicus filiorum Philippi natu maior Blancham Andolphi

Re-

Regis Hiſpaniae filiam duxit uxorem. Erat Regis Angliae neptis, ob quod ipſe Rex quaecumque belli tempore oppida Philippo Regi abſtulerat, Ludovico hac adfinitate conceſſit.

Anno MCCI. Octavianus Hoſtienſis, & Iohannes Vellitrenſis Epiſcopi, Cardinales, Legati Pontificis in Franciam eunt. Quorum auctoritate Rex uxorem ſuam Vngeburgen in qualem qualem gratiam recepit, & ſuper inductam mox a ſe ſeparavit. Ii Francos abſolventes a cenſuris conſilium privatum Regis cogunt, ubi Rege interveniente tractatum eſt de matrimonio Regis vel firmando, vel infringendo. Tamdem longa mora diſceptantium Rex taedio adfectus relictis Cardinalibus & conſilio, cum Vngeburge uxore diſceſſit, inrequiſitis Patribus, quos tantum per nuntios admonuit, quia tunc ſtatuerat ab uxore non ſeparari. Quo audito conſilium diſſolutum eſt. Hoc Maria altera uxor intelligens, & divortium ſibi a Rege tacite indictum, dolore permota interiit. Cuius filios, peperit enim duos, Innocentius tamquam ex legitimo matrimonio ſuſcipiendos literis Gallis mandavit.

Inſequenti anno Henrici morte per Aſiam divulgata, exercitus Germanorum dilabitur. Quae res Ioppenſes magno adfecit incommodo. Nam a Turcis expugnati,

et ad unum omnes caeſi, et eorum civitas ſolo aequata eſt. Electores quoque Imperii in duas diviſi partes, una Othonem, qui in Aſia fuerat, Saxoniae Ducem elegerat, altera Philippum ab Henrico eis praefectum ſumendum cenſebant. Erant praeterea huic fautores Etruſci fere omnes, et Philippus Franciae Rex. Pontifex illi adverſus, quia is cum Henrico fratre ſuperioribus annis contra Eccleſiam Dei ſenſerat, propterea que illum infenſum ſervabat. Nec tamen eo minus Philippus ab imperii adminiſtratione abſtinebat, utpote qui Etruriam ferme omnem obtinebat Germanorum praeſidio; et in Germania Svevos ſuarum partium fautores habebat, et Fridericum ad eam uſque diem ſua ſpe ab eorum Tyrannorum incurſu ſubſtentaverat. Quo tempore Miniatenſes principes rebellionis factae in Etruria, Othoni faventes, memoria nominis Primi Othonis, qui ſuperioribus annis eorum oppidum aedificaverat, et Pontificis auctoritate permoti, Philippo adverſantes Lucenſes, et Volaterranos ad ſuas partes adtraxerunt. Iamque ob eam Pontificis, et Imperatoris diſſenſionem novae in Italia factiones oriebantur, Nigrorum, Alborumque, ex quibus Nigri Imperatori faventes, Gibellini poſtea dicti ſunt; qui vero Eccleſiae, Guel-

fi,

ſi, iique prius Albi adpellabantur. Quidam volunt a Gibello, et Guelfo, Alemaniae oppidis eam factionem exortam. Idque nomen Piſtorii prius auditum, quibus partibus per ea tempora Florentini diſſidentibus miſerandam eorum urbis faciem effecere; multis e civitate eiectis. Quod quidem Miniatenſes exemplum ſequuti, Mangiadorios, Guccios, Collegallos, et tritavi mei patrem Bonincontrum, eius filium qui cum Henrico, et deinde cum Philippo militaverat oppido eiiecerunt. Hi Lucam relegati eo ſe contulere.

Anno MCCIII. Friderici tutores Tancredum iam aetate decrepitum Tarento fugarunt, qui a Salernitanis ſubſceptus civitatem illam a Friderico alienavit, ubi paulo poſt interiit. Per ea tempora Theobaldus Comes Trecenſis moritur. Is Regis Navarrae ſororem nuper uxorem acceperat, quae geminam prolem enixa eſt, & altera iam eo mortuo naſcitur Gualterius dictus Bremenſis Comes, & ad hunc Tancredi uxor a Philippo Henrici fratre carcere cum filiis ſoluta ſe receperat; cui unam ex Tancredi ſororibus deſponſarat, & aucto exercitu, Romae ab Innocentio benigne ſuſceptus in paternum uxoris regnum adſpiraverat. Igitur occupat Campaniae partem congreſſuſque cum Tibodo Tyranno in

Cam-

Campania, illum primo praelio fudit. Qui reparato exercitu apud Benelum Apuliae oppidum, iterum cum Gualterio congreditur, qui iam plures Apuliae civitates occupaverat. Victor praelii Gualterius illius exercitum uſque ad interitum delevit. Tibodus uſque in Merovinum perfugit ex praelio, & ſe loci munitione, quoad vixit, continuit. Gualterius deinde ſolus Apulia potitur.

Anno MCCIV. Iterum Franci cum Anglis magno bello certarunt. Et terraemotus validi eo anno in Aſia facti die xxx. Maii, ex quibus [illegible]ra pars, ac omnis cum regia concidit Tyrus ſubverſa, & Acris oppidum munitiſſimum ſolo aequatum. Quorum ruinis ducenta hominum millia corruiſſe ſcribunt. Tripolis etiam pars corruit, & Archarades illaeſa ſervatur. In qua urbe Petrus Apoſtolus primam ſanctae Dei Genitricis aedem dicavit. Sequutae ſunt deinde fames, & peſtilentiae, quales per longa tempora non fuerant, hominumque mortalitas inaudita, & pluribus annis duravit.

Poſt eam electionem, quam de Othone Quarto factam diximus, Pontifex Othonem Imperatorem declarat; & Philippus Imperio abdicatus anno ſalutis MCCVIII. ſoluſque Otho quatuor annis Imperium obti-

obtinuit; Siculi iterum in duas diviſi partes. Et quamquam ea lege Otho ab Innocentio coronatus, ne Friderici res invaderet, ſimulatione praeteriti belli Siciliam, pluraque eius provinciae oppida, ſuſcepit. Deinde praeter Pontificis mandatum Aprutios adortus, illos occupavit. Deinde in Apuliam contra Gualterium movit, ſubactiſque Appulis Lippum uſque pervenit; quam urbem nunc incolae Lycium vocant, omnium eius regionis opulentiſſimam, illudque diripuit edicto propoſito, ne quis deinceps id loci incoleret.

Quibus iniuriis permotus Pontifex literis Othonem admonuit. Deinde quum is in propoſito permaneret, excommunicatum Imperio privavit. Ob quod Germani, qui cum eo pretium iam pacti erant, ab eo rebellarunt. Ad quorum motus componendos coactus eſt Otho Italiam relinquere, & in Alemanias properare.

Per ea tempora, ferveſcente inter Reges Galliae bello, magna facta eſt oppidorum, & maximarum urbium direptio. Nam Rex Franciae Turonem, et Cenomanum diripuit. Non multo poſt Angliae Rex dolore permotus, quia Richardus eius filius ad Philippum defecerat, aegritudine conreptus interiit. Hic eſt, qui Divo Thomae adverſus fuerat. Sed huic

Richardus filius in Regno Anglorum ſucceſſit.

Quo tempore Marcobaldus Anconitanus Marchio ab Henrico illi provinciae olim praefectus Regnum Neapolitanum invaſerat; qui poſtquam de Othonis in Germaniam fuga certior factus eſt, depopulatus primo Regnum Neapolitanum Salernum ſuae ditionis effecit. Deinde maiori comparato exercitu in Siciliam transfretavit, Trapanumque occupavit. Ob quod Friderici tutores puerum Panhormi non fidentes in caſtellum Montis Regalis perduxere. Qui grandior iam effectus a Siculis coronatur. Amiſit tum ferme illam Trinacriae oram, quae ad Italiam vergit; ſed tamen Marcobaldus a Friderici tutoribus tandem ſuperatus, apud Randachum, quum ipſe deleto exercitu ſaucius pectore confugiſſet, poſt paucos dies mortuus eſt; & eius claſſis poſtea deleta Sicilia omni exceſſit.

Poſt eam cladem Inſulani, qui Marcobaldum receperant, ſe Friderico reconciliant; quibus venia data eſt. Paucis antea annis Ioannes Rex Angliae Arturum Britanniae Comitem ſibi ex Gaufredo fratre nepotem, quem Philippus contra Aquitanos miſerat, apud Mirabellum cepit, captumque in carcere necavit. Delata ab Regulis

gulis ad Franciae Regem fratricidae accuſatione, quum comparere citatus recuſaſſet iudicio Procerum exſul factus eſt. Alionarda Arturi ſoror exſilio in Angliam relegata; & Conſtantia eorum mater Comitiſſa Britanniae Guidoni Toratio nupſit. Ea lepra correpta filiam genuit, quæ Roberto Dacorum Comiti uxor data eſt cum ingenti dote,& Comitatus Britaniae inſuper dotis nomine additus. Tartari David ipſorum Regem occiderunt, qui Indis imperitabat; & tunc primo fines eorum egreſſi in propiorum perniciem lati ſunt. Gualterius Bremenſis Comes,quum partem Apuliae iterum occupaſſet, a Tibaldo circumveniente per inſidias capitur, pluribuſque confixus vulneribus poſt tertiam diem & vitam, & imperium amiſit.

Iſtis ferme temporibus Dominicus, & Franciſcus, nati ſunt, a quibus tantae ſanctitatis viris duo religionum celeberrimarum ordines brevi tempore profluxere. In Aſia vero barbari inter ſe diviſi inducias cum Chriſtianis, qui Tyri, & Ptolemaidae remanſerant, firmarunt. Quo tempore Simon de Monfort Conſtantinopolim venerat, & ab Iſaacio, & ab Alexio, fratre minore natu, ſumma receptus indulgentia. Iſte a Turcis pridem per fratrem Iſaacium ſe redemerat, quem Iſaacius timens, ab eo excaeca-

tus carceri traditur. Eius filius Alexius iis auditis fugit ad Philippum Alemanniae Imperatorem, qui ſororem ſuam duxerat.

Eodem anno Bonifacius Montis Ferrati Marchio, Baldovinus Flandriae Comes, Henricus ſancti Pauli, & Ludovicus Sabaudiae Comes cum equitibus quatuor mille, & 8500. peditum in Venetorum litora perrexere tranſitum in Aſiam petentes. Qua tempeſtate Hadrienſes a Venetis rebellarunt. Quorum Veneti recuperandorum avidi ea lege naves ad tranſvehendum illis permiſere, ſi quod in ipſo itinere captum ſit aequis divideretur partibus. Promittunt priores. Datae iis LX. triremes, & naves CXX. quibus equi adſportarentur; onerariaeque CC. ut belli machinas, adparatuſque ad commeatus, & cetera ad eam expeditionem neceſſaria, deferrentur. Quae etſi tardius viderentur adlatae, tamen multo, & ſuorum, & hoſtium ſanguine vrbem expugnavere. Capta urbe aliquot cives ſecuri percuſſi ſunt, & plures in exſilium dati, nonnulli etiam proprias ſedes relinquentes ſua ſponte exſularunt.

Interea Alexius Iſaaci filius, quem fugiſſe diximus, in Venetorum caſtra pervenerat, opem ab iis, & proceribus, pro patre liberando imploraturus. Promiſſa ſibi ea lege ſubſidia ſunt, ſi Eccleſiae Roma-

nae

nae ſubiiceretur, damna olim ab Emmanuele Venetis illata, & Gallis, triginta millibus auri perſolveret, ſatiſque faceret Venetis pro nautico abſportandi exercitus. Qui .... extulerant, mare Ionium infeſtantes a Venetis intercepti in patriam reducti ſunt. Poſt haec claſſis Procerum, Conſtantinopolim pervenit, catenaque impediti, quam Alexius fratricida a parte ea, quae Galatas adſpicit, obtenderat, & ab alio vrbis latere in terram egreſſi, haud procul urbe caſtrametati ſunt. Interea Cretenſes poſtquam de Iſaaci caſu, & Alexii eius filii fuga, certiores facti ſunt Alexio puero ſe dedunt. Quos ille Bonifacio Montis Ferrati paterna ſibi adfinitate coniuncto dono dedit. Inter haec catena a Venetis fracta, & Conſtantinopolis terra & mari oppugnari coepta; quum Theodorus Imperatoris Alexii gener eruptione facta Venetos ad mare fugavit, mox ipſe ab equitibus inſequutus multo ſuorum ſanguine in urbem compulſus eſt. Biduo inceſſanter oppugnata urbs, & tertio die capta eſt. Sed ea nocte, quae caſum vrbis anteceſſit, Alexius fratricida nocte concubia in navicula profugerat, magnumque auri pondus apud Irenem filiam virginem in monaſterio quodam defoſſum reliquit, quod poſtea repertum eſt. Iſaacius caecus carcere liberatus,

& cum filio Alexio Imperatoriae dignitati reſtitutus. Quod quum Veneti facere vellent aegritudine correptus interiit. Alexius puer ſtudens etiam promiſſa adimplere, quum a populo impediretur, conſulturus Bonifacio illum in urbem cum parte copiarum accerſiri fecit. Huius conſilii particeps Murtilus quidam factus, quem Iſaacius ex ultima plebe erexerat, & qui ad tyrannidem adſpirans prima noctis vigilia tumultu excitato in Alexium invectus ſuis fautoribus obſervandum tradidit. Inde maiori tumultu, concione ad populum habita, edicit urbis periculum imminere, & gravem exactionem ab Alexio puero machinatam. Viro forti, & non adoleſcentulo, ad rempublicam gubernandam opus eſſe. Acclamant populi illum Ducem eligendum. Sed nonnulli Imperatorem eſſe cenſebant. Quibus ſtipatus in Regiam convolat. Puerum veneno bis tentato quum non ſubito corruiſſe vidiſſet, propriis manibus colliſis faucibus necavit. His peractis in Francos invectus, repulſus aufugit. Oppugnatur deinde ab hoſtibus urbs octo, & ſexaginta diebus, & tandem coronis navium, quas cives ex propugnaculis amovere, capitur. Tyrannus cum uxore, & liberis, in tumultu captae urbis aufugit. Eliguntur quindecim Duces exercitus, qui

& Pa-

& Patriarcham, & Imperatorem, urbis deligant, ab Romano Pontifice confirmandos. A quibus omnium adſenſu Baldovinus Flandrenſis declaratus eſt; etſi complures non hunc, ſed ducenteſimum ſupra milleſimum fuiſſe annum adfirment; & Thomas Mau rocenus, qui in ſacris ordinibus conſtitutus erat, eius loci Patriarcha electus, novum Imperatorem coronavit, & eodem anno loca finitima ſuſcepit praeter Andrinopolim, in qua urbe Graeci Latino nomini exoſi ſe receperant. Adſignata eſt ex foedere prius Venetis pro his quarta oppidorum pars, quam ſuſceperant, & quae inſulis AEgaei maris continebantur, Creta, Euboea, aliaeque minores inſulae. Ceterum, quia Bonifacius Cretenſibus imperitabat, Baldovinus illum Theſſaliae Regulum dixit, & accepto non parvo auri pondere Venetis Cretam reliquit.

Thomas deinde, & Baldovinus ab Innocentio confirmantur. Claſſis vero, quum Venetias rediret, Raguſios, qui ab eis deſciverant, recepit, Dyrrachiumque a Graecis deſertum inſtauravit.

Baldovinus non multo poſt interiit, cui ſucceſſit Henricus frater. Hic cum Bonifacio Andrinopolim (1) profectus pari voluntate urbem obſidione cinxerunt. Sed

S 4 cum

(1) Hoc eſt Hadrianopolim.

cum equitatu Andrinopolim adpropinquantes, Bonifacium, & Henricum relinquere obſidionem coegere.

Iisdem temporibus Saladinus in Italiam delatus Europae urbem, ex qua Chriſtiani in Aſiam traiicere ſoliti erant, vi captam diripuit, civibuſquae trucidatis Turcis civitatem inſtauravit. Fuit hic annus Chriſtianis adverſus valde, nam Ilinobonus Rex Tunez claſſe CC. navium comparata in Hiſpanias traiecit, & ad Toletum caſtrametatus urbem obſidebat. Quibus intellectis Pontifex auxilium Chriſtianorum implorat, invitatque Duces ad Hiſpaniae defenſionem. Ex quo multi ex Gallia illis praeſidium ferentes ab Hiſpanis repulſi fuere. Quo factum eſt, ut Ilinobonus mira celeritate utraſque Hiſpanias pervagatus Avinionem uſque populabundus acceſſerit, Toletumque expugnaverit. Quibus rebus Hiſpaniae Reguli permoti Aragoniae, Portugalliae, & Navarrae, barbaros adorti illos fuderunt, omniaque ab illis prius intercepta recuperavere, & in Granatam uſque inſequuti ſunt.

Inſequenti anno Boemi ad fidem Chriſti converſi ſunt. Quo tempore Divus Dominicus haereſim Toloſam populantem exſtirpavit adnitente Comite de Monfort, & arma illi opemque quum opus eſſet ſubmini-

ni-

niſtrante. Per ea tempora Innocentius Decretalium librum addidit, ſervarique mandavit.

In Germania vero res non minus turbulentae, quam in Italia erant, Othonis electione. Namque a Philippo frequentibus praeliis ſuperatus ſe ſe in Agrippinam Coloniam receperat. Poſtremo ibidem a Philippo obſeſſus, quum eruptionem tentaſſet commiſſo praelio in fugam verſus, quum ſe in urbem recipere vellet, a Colonienſibus pulſus eſt. Philippus a civibus receptus priuſquam rebus Etruriae ſubvenire poſſet dolo a Petro Comite Palatino necatus eſt.

Otho deinde eius nominis IV. qui a Germanis electus, confirmatus a Pontifice fuerat, qui erat Saxoniae Dux, ab Innocentio Romae coronatus, ut ſupra meminimus, poſt Philippi mortem ad Imperium reverſus, primum Alemannos, deinde Civitates Imperio perſolutas, in ſuas partes attrahere conatus eſt. Quo tempore Datan vir Graecus genere Andrinopolim incolens, Graecorum Imperium usurpavit. Miſerae multum, & calamitoſae ea tempeſtate res Graecorum erant, diverſiſque ſeditionibus agitabantur. Ut enim quaeque civitas munitam ſe ſenſerat ita minus eorum Imperatorem diligebant. Ex quo factum eſt, ut Veneti, haec intelligentes, quum dominandi ſtudio fla-

flagrarent, ſtatuerent, ut quas civitates oppidaque quiſque ſibi privatim caperet ſuae ditionis efficeret, reſervatis tamen eorum Reipublicae maioribus provinciae locis. Igitur Marcus Dandalus, Iacobuſque Riadus Gallipolim occuparunt. Marcus vero Sanutus cum ſibi foedere iunctis, Naxum, Parum, Melum, Hermanque inſulas ſuſcepere. Andrumque deinde, & Cycladum plures alias Dandalus idem invaſit. Rabanus Veronenſis Euripum; Andreas & Henricus Chium; Ionas Michelas Scyron, Suaram, Phocidos oras, Navigerſum, Stalimenon. Deinde publico eorum conſilio nova armata claſſis, quae Corcyram cepit; Methonum Coronumque rebelles ſubegit: & Dominicus de la Roſa Campanus reliquiis Athenarum, & omni paene Achaia potitus eſt. Per quod tempus Henricus cognomento Piſcator Genuenſium navibus fretus Cretenſes adortus, claſſe Veneta ſuperatus diſceſſit. (1)

In Aſia item res turbulentae per id tempus fuere. Namque Americus Cypri Rex, et Ieruſalem, quum negligentius regnum adminiſtraret, nimiſque ſuperbe ſe gereret, indignati Proceres Chriſtiani, qui in

(1) Nomina propria locorum heic ita corrupta ſunt, ut difficillimum ſit ea reſtituere.

in Aſia erant, Ioannem Brennum Gallum genere, virum fortem, illo depoſito Regem creavere, qui multis copiis poſtea Conſtantinopolim delatus, et Imperatoris Henrici navigiis fretus, nonis Septembris Ptolemaidam adpulit, filiamque Conradi olim Montis ferrati Marchionis, et Ieruſalem Regis, ad id ſervatam, duxit uxorem, cum qua Tyri in regno Conſtantinopolitano coronatus fuit, nuptiaeque more regio celebratae.

Interea Otho Imperator omnis iuramenti immemor in Etruſcos verſus Friderico omnia infeſta fecit. Inde in Regem Neapolitanum properavit. Is quod a Pontifice Alemanniae Regno privatus fuerat, Electores cum Boemiae Rege Arnulfo, et Trevirenſi Archiepiſcopo, et Duce Auſtriae ſuadente, et Philippo Galliae Rege, Fridericum iam adultum literis ſatis eruditum in Regem Romanorum elegerunt. Ob quod Otho in Alemanias rediit. Cuius diſceſſu Pontifex quaecumque ab illo in Regno Neapolitano innovata fuerant primo recuperavit. Deinde in Etruriam pergens exſules Miniatenſes, Lucenſes, Volaterranos, Florentinoſque, eorum urbibus reduxit, Piſanoſque cum Genuenſibus diſſidentes pacificavit.

Qua tempeſtare Rabanus Veronenſis,

de

de quo ſupra diximus, qui Inſulam Negropontum occupaverat, Venetis ſe ſua ſponte ſubiecit, & tributarius illis factus magno honore ab eis receptus eſt. Hoc item fecit Gottofredus Gallus, qui in Marchiae principatu, Dominico della Roſa vita functo, ſucceſſerat. Michael quoque ex Graeca nobilitate vir primarius, qui Peloponneſi partem poſſidebat, Venetis adhaeſit. Per id tempus Cretenſes iugum Venetorum non ferentes, rebellarunt. Ii immiſſa a Venetis claſſe domiti ſunt, miſſiſque eo ex urbe civibus in coloniam ferme redacti ſunt; primuſque ibi dux conſtitutus eſt Iacobus Templo. Qua item tempeſtate Imperator Conſtantinopolitanus, & Veneti, cum Duce Coſmo Andrinopolim advenientes in quinque annos, & cum Saladino Turcarum Imperatore in duos, inducias firmaverunt. Ceterum ea electione Regis Romanorum, de qua ſupra diximus, Fridericus ſecundus Romam venit, & quum imperatoriam a Pontifice coronam non obtinuiſſet in Alemanias rediit. At Maguntiae diadema ſuſcepit anno MCCXI. Alii volunt hoc anno Romae coronatum. Sed is poſt in Lotharingiam profectus ſocium ſe Ludovico maiori natu filiorum Philippi Regis Galliae pacis, & belli fecit. Otho qui ſe amicis, & imperio, & regno privatum a Pontifice,

ce, & a Germanis acceperat, confugit ad Ioannem Angliae Regem, maternum Avunculum; fretuſque item ope Reginaldi Boloniae, urbis maritimae, Comitis Regi Galliae infeſtus factus eſt. Ob quod Reginaldus ſuo turbatus comitatu ab Rege Galliae eſt. Cuius recuperandi gratia Ioannes Angliae Rex, & Ferrandus Flandriae Comes, foedus cum Reginaldo percuſſere. Poſtea acriter inter eos debellatum, & tamdem Philippus Flandriam ingreſſus Brugam, & Gandavum invaſit, claſſe deinde apud Dan oppidum praeſidio relicta Reginaldus navigio, & Philippus terreſtri itinere in Pariſienſem agrum rediit maioribus copiis, & renovata claſſe bellum inſtauraturus. Qua formidine Ioannes Angliae Rex permotus ad Innocentii Pontificis auctoritatem, favoremque confugiens Angliam, & Hiberniam Romanae Eccleſiae feudatarias faciens, centum auri marcas quot annis Eccleſiae Romanae ſolvere ſtipulatus eſt. Idque per inſequentia tempora aliquamdiu ſervatum. Poſt haec Otho magna peditum, & equitum manu, in Flandriam deſcendens populationibus crebris quacumque intendebat agrum vaſtando multa illius provinciae loca ſubiecit, & Angliae Rex Andegavos ſuas in partes attraxit. Poſt iisdem copiis Ligeri amne traiecto Torna-

cum

cum obſedit. Subvenitur obſeſſis a Ludovico Philippi filio, & obſidio ſoluta eſt. Angliei pulſi, fugatique ſunt. Deinde Philippus cum Othone in agro Tornacenſi concurrens magno praelio conflixerunt. Philippus deſertus ſuorum equitibus, pedes primo hoſtium incurſu paene oppreſſus eſt. Adiutus tamen a Ludovico filio magno labore evaſit. Fere pari Marte a mane uſque ad veſperam certatum fuerat, Anglique victores videbantur. Sed incolarum beneficio praelium inſtauratum, illis victoriam paene paratam extorſerunt; nox praelium diremit. Caeſa ſunt ex Othonis exercitu duodecim millia hoſtium; e Philippi vero militibus par numerus cecidit. Othonis Aquila capta, & opere duorum vulnerum ſaucius fugatus eſt; & inſequenti die in Saxoniam pervenit, pauloque poſt interiit anno imperii ſui tertio (1) Iiſdem ferme temporibus Henricus Imperator Graecorum apud Conſtantinopolim moritur, cui Petrus Comes Antiſſiodorenſis Gallus genere in Grae-

(1) *Ioannes Villanius Hiſt. Cap. XXXIV. Lib. V.* de hoc inter Othonem, Saxoniae Ducem, & Philippum Franciae Regem commiſſo praelio mentionem facit, & quingentis equitibus, quos Philippus Rex nondum ad praelium committendum eduxerat, totam victoriam tribuit. Sic enim habet; *Battaglia di campo del Re*

Graecorum Imperio ſucceſſit. Hic cum Rege Galliae pacificatur, et finis paterno bello impoſitus, quod item paulo poſt tum Gallos, tum etiam Anglos, magnis adfecit incommodis.

Interea Fridericus Aquiſgranum diu longa obſidione fatigatum ſuſcepit anno MCCXIIII. ubi Innocentii Pontificis auctoritate diadema ſuſcepit; qui ut Pontifici gratificaretur Crucis characterem accepit Chriſtianis ipſe opem laturus, qui in Aſia a Barbaris premebantur, donoque Eccleſiae Romanae dedit Comitatum Fundorum.

Anno ſalutis decimo quinto, et ducenteſimo ſupra milleſimum Concilium Romae in Laterano celebratum eſt, in quo interfuere Patriarcha Conſtantinopolitanus et Ieroſolymitanus, praeterea ſeptuaginta Metropolitani, quater mille centum viginti Abbates, Priores Conventuales octo, Graecus et Romanus Imperator, Le-

Re Filippo ebbe al Ponte a Bovino a' confini di Fiandra, la ove ebbe molta gente Tedeſca, e Franceſca morta. Alla fine il buono Re Filippo per grazia di Dio ebbe la vittoria, perocchè ſi tenne una ſchiera di cinquecento Cavalieri tutti vecchi, & addurati in battaglia, de' quali parte di loro non inteſero ſe non a ferire i deſtrieri, rompendo le ſchiere ſenza ferire di ſpada, et in queſto modo ruppono i Tedeſchi. Mecatt.

Legati praeterea Regnorum Ieroſolymitani, Franciae, Hiſpaniae, Angliae, et Cypri, in quo praecipue actum eſt de ſubveniendo Chriſtianis, qui in Aſia bellum gerebant pro ſalute Fidelium. (1) Praeterea in eodem Concilio Raymundus Comes Toloſanus, et eius filius, haereſis damnati; Ioachim Calaber, et eius dogmata reprobata. Quo item tempore quum in Lombardia motus eſſent, et Piſani cum Genuenſibus decertarent, nec antea pacificati per Legatos quieviſſent, Pontifex ad eos conciliandos profectus iter ingreſſus Peruſii obiit. AEdificare paulo ante eius mortem Innocentius fecerat Hoſpitale Sancti Spiritus in via Sacra, et turrim Romae mirae altitudinis, quae de Comitibus dicitur, unde late proſpectus ad Latium eſſet; opus tanto Pontifici inutile, non ſine ipſius infamia conſtructum eſt.

Sed Honorius tertius Americo genitus vir Romanus Innocentio in Pontificatu ſucceſſit, a quo Petrus Imperator Conſtantinopolitanus cum Iole eius uxore in AEde Sancti Laurentii extra muros coronati ſunt, electuſque ab eis Ioannes Columnenſis Cardinalis ad traiiciendum in Aſiam Cru-

(1) Vide *Ioannem Villanium Hiſtor. Lib. V. Cap. XXXIX*, ubi de hoc ipſo fuſius mentionem facit. *Mecatt.*

Cruce ſignatorum copias, prius ab Innocentio excitatas.

Eodem tempore Veneti a Petro Imperatore ex promiſſione olim illis facta ex poſtulant Durachii reſtitutionem, quod Theodorus Epirota Graecorum imperio addixerat. Proficiſcitur ipſe Durachium, & quum cives deditionem facere recuſarent, caſtra ibi habuit. Ceterum Theodorus poſt Petrum Imperii faſces adripuit. (1)

Interea Iole, & Legatus Apoſtolicus cum parte Cruceſignatorum Conſtantinopolim pervenere, & Petrus, diu oppugnatum Durachium quum capere non poſſet, fide pu-

 blica

(1) Per haec tempora Fridericus quaedam S. Miniatis oppidi incolis conceſſit, quae inſequenti Diplomate continentur.

Fredericus II. divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliae. Regalis Excellentiae dignitas tunc verae laudis titulis ſublimatur, & eminenti decore praefulget, quum fidelium profectibus clemens exponitur, & pie proſequitur deſideria ſubiectorum. Inde eſt, quod Nos attendentes fidelitates, & grata plurimum, & accepta ſervitia, quae homines S. Miniatis fideles noſtri Nobis, & Divis Auguſtis praedeceſſoribus noſtris inclitae recordationis, exhibuerunt, & in antea poterunt exhibere, de gratia noſtra concedimus, & donamus eis, & eorum ſucceſſoribus in perpetuum Burgum Sancti Geneſii cum omnibus iuſtis pertinentiis, & rationibus ſuis, & ſtratam ſtatuen-

tes

blica a Theodoro ſuſcepta per Epirum iter faciens ſoluta Durachii obſidione per inſidias a Theodoro captus, & in carcerem conniectus eſt. Iamque Cruceſignati cum Legato

tes, ut omnino iter ſtratae ire debeat per ipſam terram Sancti Miniatis, mandantes & praeſentis privilegii auctoritate firmiter ſtatuentes, ut quaecumque perſona Eccleſiaſtica, vel Secularis hanc noſtram conceſſionem, & donationem auſu temerario infringere, aut violare praeſumſerit centum libras auri componat, quarum medietas fiſco Imperiali, altera vero paſſis iniuriam perſolvatur. Vt autem haec rata, & firma permaneant praeſens Privilegium fieri fecimus, ſigillo noſtrae Celſitudinis roboratum. Huius rei teſtes fuerunt Auguſtenſis Epiſcopus, Rodiſponenſis Epiſcopus, Abbas S. Galli, Abbas Campidonenſis, Abbas Aluacenſis, Comes Palatinus Ibuingenſis, Marchio de Baden, Marchio Montis Ferrati, Anſelmus de Auſtingenſis Maleſcalchus, Valterus de Sciph. Pincerna, Riccardus Camerarius, & alii quamplures.

Signum Domini Frederici II. Dei gratia Romanorum Imperatoris Auguſti, & Regis Siciliae. Ego Corradus Matenenſis, & Spironenſis Epiſcopus, & Imperialis Aulae Cancellarius, Vice Domini Scefridi Maguntini Archiepiſcopi, & totius Germaniae Archicancellarii recognovi. Acta ſunt haec anno Dominicae Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſextodecimo quinta Indictione, regnante Domino Noſtro Frederico Dei gratia Romanorum Rege Imperatore Auguſto, & Rege Siciliae. Anno Romani Regni ipſius in Germania quinto, & Siciliae nonodecimo feliciter Amen. Data apud Hulm. Anno, menſe, & Indictione praeſcriptis, &c.

gato Aconem convenerant. Quo tempore eodem ſe contulerunt Andreas Hiſpaniae Rex, navigiiſque Venetorum fretus, conceſſit eis ob eam profectionem omne ius quod in Dalmatia habebat. Hunc Dux Aſturiae Henricus ſequutus eſt, alterque Henricus Comes Navarrenſis, & Gualterius Gallus, qui pari conſilio Damiatam obſidere anno ſalutis MCCXX. Menſe Maio. Ea civitas AEliopolis olim dicta ab AElio Pertinace eius conditore. Triplex ei murus, & Nili pars ad Tiberis Romani magnitudinem eam ambit, & peninſulae formam civitas habet. Eius ſuburbia, quae non mediocria erant, a praedonum incurſu turris varia muniebat, quam Solidanus valido praeſidio firmarat. Et tamen primo congreſſu a noſtris vi capta & expugnata eſt. Et quia Nilus vento occidentali auctus plus ſolito inundaverat, noſtris incommodo fuit; namque omnia, quae in caſtra finitima ſuperioribus diebus adducta fuerant, corrupit. Solidanus ut vidit captam a Chriſtianis urbem magno terrore perculſus aufugit. Et Corandinus Solidani filius amiſſa ſpe Ieroſolymas tutandi de ſuis militibus in templo Salomonis, & turri David praeſidio prius impoſito diſceſſit, Chriſti tamen ſepulcrum precibus Chriſtianorum intactum reſervavit. Rem in barba-

ro homine, & in ceteris impio admirandam effecit.

Interea Saladinus ſua caſtra inter Damiatam, & Carram locaverat; qui etſi ſaepius provocatus a noſtris, in certamenque adiectus, tamen pugnam detrectans caſtrorum munitionibus ſe continebat. Sed tandem a Gallis militibus aſperius infeſtatus, eruptione facta, Gualterium eorum Ducem, & plures Chriſtianorum nobiles intercepit; & Iohanni Regi manibus facieque ambuſta foedam eius corporis formam effecit. Fame deinde, & peſtilentia in urbe exorta, civibuſque paene omnibus abſumtis inſequenti anno (1) Damiata a noſtris capta eſt. Tria & ſeptuaginta hominum millia ſupra centum, quum urbs obſideri coeperat, in caſtris Chriſtianorum fuiſſe feruntur. Vrbs ditiſſima eos tantum qui ſuperfuerant dita-

(1) Ad Damiatae obſidionem fuerunt etiam Florentini cum electa militum manu. Imo primus qui ſupra Damiatae muros vexillum invexit Florentinus fuit *Buonaguiſa della Preſſa* nuncupatus, & vexillum Reipublicae Florentinae, quod erat Lilium candidum in campo rubro, primum ſupra Damiatam enituit. Quare ad huius tantae rei memoriam Florentini in ſolennioribus diebus vexillum hoc in Eccleſia Sancti Ioannis populo oſtendere conſueverunt. Vide *Ioannem Villanium Hiſtoriarum Lib. XXXIX.* cum quo conſentiunt omnes Hiſtorici. *Mecatt.*

ditavit, ſed ea non prius inhabitata a noſtris eſt, quam cadaveribus expurgata; idque operis barbaris conceſſere.

Ceterum Iole poſtquam viri ſui captivitatem accepit, eius imperium adminiſtrandum uſque ad vitae finem obtinuit. Qua mortua Graecorum proceres Robertum Petri filium in Galliis morantem Imperatorem elegerant. Quo tempore Honorius Beato Dominico poſtulante Ordinem Praedicantium confirmavit.

Iisdem temporibus Fridericus qui poſt Conſtantiae matris interitum omnia ad voluptatem exſequebatur Romam venit, bellum Pontifici illaturus. Qui ſententia Pontificis excommunicatus, & omni eius imperio privatus eſt. Florentini eodem anno Mortinariam (1) obſiderunt; & quia id oppidum valide erat munitum, praemia iis propo-

T 3 ſuere

(1) *Nelli anni di Criſto MCCXX. eſſendo Poteſtà di Firenze Meſſer Vgo del Grotto di Piſa, i Fiorentini andarono a oſte ſopra un Caſtello degli Squarcialupi, che ſi chiamava Mortennana, il quale era molto forte, e per forza ed ingegno l' ebbono; e queſti per lo cui ingegno s' ebbe fu fatto a perpetuo franco d' ogni gravezza di Comune egli, e ſuoi deſcendenti; e detto Caſtello fu disfatto fino a' fondamenti, e in queſt' anno medeſimo ſi compiè il ponte alla Carraia.* Haec habet *Villanius in ſuarum Hiſtoriarum Lib. V. Cap. XLI.* Mecatt.

fuere qui primi, qui ſecundi, & tertii moenia aſcendiſſent. Quae poſtea Petro Adimaro, & quibusdam aliis conceſſa ſunt. Cardinalis Columna, quem legatum a Pontifice in Aſiam memoravimus, quum Ioannem ſuperbe nimis rem adminiſtrantem increparet, is non ferens eius monitus Ieruſalem abiit. Quo tempore ſtatuerant Chriſtiani Carras, & Babyloniam petere. Qui ponte occupato, quem Solidanus Nilo effecerat, triamillia paſſuum haud procul Carris caſtrametati duorum menſium annonam navibus per Nilum invectā in caſtris deportaverant. Solidanus ſuis pro moenibus locatis ſe continebat, nec congredi volebat, ſperans ſine armis poſſe noſtrum exercitum delere Nili inundatione, quam reſeratis moenibus venturam repente ſciebat. Igitur ea adveniente primo ad cubiti ferme altitudinem caſtra elevata, deinde omnem exercitum maiori altitudine inundavit. Quo pavore noſtri perculſi pacem ab eo petentes, ita demum impetravere, ſi Damiata cum omni praeda, & cum captivis, reſtitueretur; Chriſtiani Tyrum, & Acconem tantum incolerent. Si hae pacis leges placuiſſent ipſe ſe etiam Dominicae crucis partem Chriſtianis reſtituere promittebat. In octo annos pax firmata iis legibus cum Saladino, & Turcis, eſt anno ſalutis MCCXXI.

Fri-

Fridericus Imperator Pontifici conciliatus ab eo coronatur, & Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus Panhormum ad Imperatorem ivit, & praeſente Imperatore conſecravit Eccleſiam Coſentinam, in qua praeſidebat vir doctiſſimus Lucas Archiepiſcopus. Et anno inſequenti apud Verulum Campaniae oppidum convenere menſe Aprili Pontifex, & Imperator, multa tractantes de ſubventione Chriſtianis facienda, qui in Aſia militabant. Sunt qui velint hoc anno Iunio menſe Conſtantiam Imperatricem Cataniae deceſſiſſe, quae fuit Friderici uxor.

Eo anno Philippus Rex Franciae deceſſit, inſtituitque ſibi heredem Ludovicum filium, cui legata per eum facta ad ſubſidium Aſiaticum impendenda perſolvere mandavit. Quo item anno Iole Imperatrix diem finivit extremum. Quo tempore Tartari Armeniam maiorem invadentes eam provinciam eorum imperio adiunxere. Inde per montes Riphaeos latiſſimas regiones populantur, quae Tranſilvaniam Poloniamque contingunt.

Pace cum Saladino, & Turcis peracta Chriſtiani cum Legato ex Aſia in Europam venere, & Iohannes Rex Ieroſolymitanus Romam venit; inde Piſas ſe contulit, & filiam Eliſabeth iam adultam, quam ex

Iole uxore ſuſceperat, Friderico in matrimonium copulavit; nihilque excommunicatione Friderici permotus nuptias fieri curavit, deditque dotis nomine omne ius quod ſibi in Regno Neapolitano competebat. Ex quo factum eſt ut Neapolitani Reges poſtea ſe Ieruſalem quoque Reges inſcriberent. Deinde in Gallias properavit, & receptus a Ludovico Philippi filio ſexaginta millia librarũ argenti quas ſibi teſtamento Philippus reliquerat, & totidem Militiae Templi, perſolvi curavit, Magiſtroque Hoſpitalis parem argenti numerum. Quibus Ioannes auctus animo votum exſoluturus, quod Beato Iacobo voverat, quum captus in Epiro fuerat in Galleciam pervenit; votoque perſoluto Berengariam Ioannis Regis Hiſpaniae ulterioris ſororem duxit uxorem. Quo anno divus Dominicus vita exceſſerat MCCXXIII. Quo item anno Piſani cum Florentinis tum veteri eorum odio, tum etiam (1) levi ex cauſa, inter ſe decertantes apud Caſtellum del Boſco magno praelio victi ſunt die vigeſima Iulii, captique eodem praelio Piſano-

(1) Leviſſima profecto Florentinis cum Piſanis belli cauſſa fuit, dum catulus Romae Oratori Florentinae Reipublicae dono datus, qui prius Oratori Piſano promiſſus fuerat, tam atroci crudelique bello occaſionem dedit. Vide laudatum *Villanium Lib. VI. Hiſtoriarum Cap. II.* Mecatt.

norum MCCC. & plures caeſi; agerque eorum Ioanne intercedente eis a Florentinis datus, et captivi omnes liberati Piſas rediere.

Sed quoniam eo devenimus, ut uxorum filiorumque Friderici mentio habeatur, non videbitur incongruum paucis abſolvere, etſi temporis ordinem perturbare videatur, quot ei uxores, et qui ex eis geniti ſint, et filium, quem ex concubina ſuſceperat commemorare. Conſtantiam Ferdinandi Regis Aragoniae filiam duxerat, prius Regi Hungariae pactam, ex qua Henricum filium ſuſcepit, quem Alemannis praefecit. Poſtea Henricum filium naturalem habuit, quem Sardiniae Regem dixit, et ex hoc Henrico (1) Fridericus puer natus eſt. Conſtantia vita functa Eliſabeth duxit, quam memoravimus Piſis deſponſatam, quae ei Conradum peperit Andriae in Apulia anno MCCXXVIII. XIII. Calendas Maii, et ipſa decimo poſt die ibidem interiit. Tertiam denuo genere Anglicam duxit, cui nomen fuit, ex qua Fridericum ſubſtulit. Primo ſuae coronationis anno Agarenos Luceriam incolentes obſedit.

(1) Idem *Ioannes Villanius Cap. I. Lib. VI. ſuarum Hiſtoriarum* Genealogicam de Friderico narrationem intexit, eiuſque mores, virtutes, & vitia, ſingillatim refert, & exponit. *Mecatt.*

dit. Quo tempore Manfredus eius filius Manfredoniam condidit; in qua ad reverentiam Beatae Virginis Mariae campanam mirae magnitudinis fieri curavit, in qua ſuum et uxoris nomen poſuit, et inſinuavit.

HenricusFriderici filius, quum iam decemnis eſſet, Rex Alemannis a Patre creatus eſt anno ſalutis MCCXXIII. et ſoluta Luceriae obſidione propter motus in Alemania exortos in Germaniam perrexit, ubi triennio ad eos ſedandos immoratus eſt. Eo anno ante noctis crepuſculum ſexdecim diebus (1) Cometes in Francia adparuit, quae magnorum totius Galliae bellorum praeſagium fuit. Quo tempore Accurſius Florentinus Iureconſultorum primarius floruit. Et Ludovicus Francorum Rex moritur, cui Ludovicus filius anno ſalutis MCCXXV ſucceſſit, qui regnavit annis XXXXIII. et Antonius Divi Franciſci diſcipulus Patavii moritur. Interea Gregorius IX. Honorio Pontifici defuncto ſucceſſerat. Is fuerat ex Innocen-

(1) Veteres Scriptores Hiſtoriarum fere omnes in hac falſa inanique opinione vivebant ut adparitio quaeque cometarum aliquid magni & portentoſi portenderet; quare videmus paſſim omnes elapſis saeculis de ſingulis huiuſmodi adparitionibus mentionem facere, quaſi aliquid magnum periculoſumque eventurum eſſe arbitrarentur. *Mecatt.*

centii Gentilibus ortus, qui Fridericum admonuit, ut ni ſubveniret Chriſtianis in Aſia belligerantibus, anathema ei ab Honorio iniunctum publicaret. Promiſit Fridericus primo ſe vere eo iturum; mandatumque cruce ſignatis ut, ad diem calendarum Aprilis Brunduſium convenirent Imperatorem ſequuturi.

Convenere Brunduſii ad diem dictam fortiſſimorum virorum duodecim millia ex omni ferme Chriſtianorum natione, inter quos Lucianus quidam vir inprimis ditiſſimus. Praeparatos retardavit ſimulata a Friderico corporis adverſa valitudo. Is ea tempeſtate in Sicilia Meſſanae erat. Quo tempore multi ex Chriſtianis inſolentia craſſi aeris, tepore multi, utpote qui ex ſaluberrimis Galliae, et Germaniae partibus advenerant, periere. Sed pleroſque morbus invaſit, ex quo Lucianus interiit. (1) Quo audito advolat repente Fridericus, et ditiſſimi Principis auro, et ſupellectili potitus mare ingreſſus eo profecturum adſimulans omnes eum ſubſequi iuſſit. Quum altum tenerent, Fridericus eadem nocte triremi a ceteris dilapſus Brunduſium rediit.

No-

(1) Vide *Ioannem Villanium* qui de hoc mentionem facit *Lib. VI. ſuarum Hiſtoriarum* C. *XVII*. Mecatt.

Noſtri non prius ſe derelictos a Friderico cognovere, quam Aconem adpulerunt. Ioannes item Rex Ieroſolymitanus ſubſequi credens eum, ab Imperatore ſe deceptum vidit. Papiae ſe regem dixit. Fruſtrari omnes a Friderico temeritatis poenas luiſſent, niſi mors Corradini, quem Saladini filium diximus, ſuperveniſſet. Qui dolore filii conſternatus inducias cum noſtris in Aſia firmavit.

Gregorius vero omnium certior factus, quae a Friderico geſta erant, ira accenſus Fridericum excommunicavit. Quo tempore (1) Eliſabeth eius uxor Andriae ex aegritudine interiit. Qua tempeſtate Fridericus Aragoniae Rex Maiorica inſula, et Valentia urbe pôtitus, pulſis Agarenis eodem Chriſtianos rurſus poſt Piſanos invexit. Nam prius Inſulam a claſſe Piſana expugnatam invenio, quod ego pro vero compertum habeo.

Fridericus ut accepit quae a Pontifice geſta erant Cyprum adnavigat, praemiſſaque ſuae militiae parte in agro Ptolemaidae ad Saladini adparatus explorandos ſpem promiſſi facturus noſtris animos addidit. Ce-

(1) *Villanius* putat Eliſabeth Friderici uxorem a marito occiſam eſſe, ut ſic effraenatius libidinem ſuam exercere valeret. Vide eumdem *Cap. XVII. Lib. VII.* Mecatt.

Ceterum priuſquam e Sicilia digrederetur Rainaldum quemdam Siciliae praefecit, qui Eccleſiae cultores vexaret, & alios complures, ut res & neceſſitas hortabatur. Hic Picenum ingreſſus pleraque eius provinciae oppida occupavit, et Friderici Imperio adiunxit. Per id tempus mors Sancti Franciſci miraculis celebrata eſt. Ad cuius miracula adgnoſcenda Pontifex Aſſiſium primum, inde Peruſiam, perrexit. Quibus inſpectis in Sanctorum catalogo collocavit. Conradus (1) item alter Friderici Praefectus Vmbriae, Fulginium dolo quorumdam civium occupavit. Sed mox ab altera factione urbe pulſus Ceretum ſe contulit, unde Spoletanos crebris incurſionibus infeſtabat. Sed is prius quam in Vmbriam perrexiſſet, in Etruria aliquot oppida arce muniverat, in quibus Miniatenſium (2), & Pratenſium ar-

(1) *Villanius* vult Conradum fratrem eſſe Henrici, filiumque Friderici; nam e prima uxore duos hoſce filios Henricum, quem in Alemania Romanorum Regem coronari iuſſit, & Conradum Ducem Sueviae, habuiſſe demonſtrat. Vide eius Hiſtoriarum *Cap. XV. Lib. VI.* Mecatt.

(2) Per haec tempora Miniatenſes non minima potentia in Etruria pollebant, ut ex ſequenti inſtrumento etiam intelligi poteſt.

In Dei Nomine Amen. Sit omnibus manifeſtum quod Domina Matilda uxor Rainerii Comitis Iunioris de

arces aedificari curavit ; et in Campania turres duas in Ponte qui ſupra Vulturnum eſt. Sed is ea cauſa Iunio menſe anno MCCXXXVI. cum quadraginta triremibus in Graeciam Legatos ſuos properare feſtinat, donec ipſe aegritudine impeditus convaluiſſet. Ex qua reverſus Pontifex multa

de Bulgari quondam Comitis Vgolini, conſilio, & conſenſu Guidonis Manynani, & Rodulphi Guidonis de Maſſa propinquorum ſuorum, confitendo etiam ſe maiorem eſſe annis vigintiquinque, dedit baliam, & poteſtatem, & mandatum irrevocabile praedicto Rainerio Comiti viro ſuo componendi, & transigendi, de damnis, & rapinis, & guaſtiis, & incendiis factis, & illatis a Communi Samminiatis, & hominibus curiae, & diſtrictus ipſius in Caſtro Tondae & eius confinibus, ſive curia, & diſtrictu. Et de pactis ineundis, componendis, & faciendis cum Communi Samminiatis de ipſo caſtro Tondae pro parte dictae Matildae contingenti, ex ſemetipſa dicto Communi exhibendis, & faciendis, & cum ipſo firmandis, quod ſibi melius videbitur concordiam, & compoſitionem faciendi, & obligandi ſe pro praedicta Matilda uxore ſua, ad poenam inter eos conuentam, & ſub obligatione bonorum d. Matildae & percipiendi ſecuritatem, & obligationem, & promiſſionem a d. Communi Samminiatis nomine dicti caſtri de Tonda, & d. Vxoris ſuae de pactis, & compoſitionibus, quae cum dicto Communi fecerint, vel ipſi utile, vel commodum videbitur. Promittens conſenſu ſupraſcriptorum ſuorum propinquorum eamdem ſervatum, & firmum habituram quidquid fecerint, & contra non venire, & facere, ad poenam dupli omnium

ta contra Fridericum molitus, eo quod eum diſſimulare profectionem credebat, et omnibus modis illi inſidias tendere. Ex quo inter eos bellum de integro exortum omnia Friderici conſilia deturbavit. Sed Fridericus votum quod voverat exſoluturus, ut primum convaluit felici navigatione Cephaloniam primo advenit, ubi a Comite Maio de

nium praedictorum per ſtipulationem praemiſſam ſe, & ſuos heredes, & bona pro praedictis omnibus obligandis. Actum Piſis in domo ſupraſcriptae Dominae Matildae, & conſortium, praeſentibus Philippo filio Bondini Gaietani, & Orlandino de Mezana quondam Ser Dominis Teſtibus ad hoc vocatis; Dominicae Incarnationis anno MCCXXXII. Indictione quarta, Idus Auguſti.

Ego Corradus Veſelli filius Domini Friderici Pubb. Romanorum Imperatoris Notarius praedictis interfui, & haec omnia rogatus ſcripſi, & firmavi.

Ego Oddo Iudex, & Imperialis Aulae Notarius exemplar, unde hoc ſcriptum eſt, vidi, legi, & diligenter exemplavi, ideoque ſubſcripſi, & ſignum meae manus appoſui.

Ego Ildebrandus Philippi Sacri Imperii Iudex Ordinarius, & Notarius exemplar, unde hoc ſcriptum eſt vidi, legi, & diligenter auſcultavi; ideoque ſubſcripſi, & meum nomen cum ſigno appoſui.

Ego Guilielmus Iudex, & Notarius, & Sacri Palatii Ordinarius authenticum, unde hoc exemplum ſcriptum eſt, vidi, legi, & diligenter auſcultavi, ideoque ſubſcripſi, & meum nomen cum ſigno appoſui.

de Monopolis ſummo cum honore receptus, inde Rhodum perrexit et XX. Iulii Cyprum. Ad quem Henricus puer eius Inſulae Rex venit obſequia praeſtiturus. Pupilli tutores adminiſtrationis rationes quum dare a Friderico cogerentur noctu pupillum aſportarunt, et rebelles Imperatori facti ſunt. Qui aliis implicitus, re diſſimulata ſuſceptum iter perfecit, et Ieroſolymas a Saladino receptus ingreſſus eſt, cum quo pactus fuerat parte regni cum ipſa civitate ſuſcepta nihil contra eum facere. Vndecimo Kalendas Aprilis anno inſequenti quo haec invenio celebrata ab iis qui una cum Epiſcopo Imperatori adfuiſſe teſtantur; & Calendis Aprilis rediiſſe; ubi certior factus eſt Pontificis exercitum invaſiſſe Siciliae Regnum, & Capuanos adgreſſum, & civitatem non occupare, nec Calabriam, ſed alia finitima loca ſibi ſubiecta, Calabriamque omni tormentorum genere oppugnaſſe. Igitur Imperator quum non poſſet perſuadere Germanis, qui in Aſia cruce ſignati erant, ut ſecum Siciliam peterent; evenit ut Henricus Comes ex inſula ea cum decem & ſeptem triremibus adpulerit. Quibus Fridericus mare ingreſſus X. Iunii die Brunduſium pervenit. A quibus non receptus, quoniam ab eo rebellarant, per ea littora hiemavit, & anno inſequenti Saladi-

(1) Locus eſt mire corruptus.

dinus opem tulit Capuamque petivit. Quod quum Pelagius Cardinalis Legatus in Regno vidiſſet, obſidionem ſolvit cum Ioanne Rege Ieroſolymitano, qui ſecum iverat, & Theanum abierunt. Imperator iam cum claſſe pervenerat, quum hoſtes eo motu permoti in Campaniam ſe recepere, & Pelagius in Montem Caſinum. Sed eorum diſceſſu Fridericus omnia recuperavit praeter Sueſſam, & Soras diripuit, inceditque. Poſt tandem pax Ananiae cum Pontifice firmata fuit, quam magiſter equitum Richardus Folagirus Siculus Auguſto menſe anno eodem firmavit perſolutis centum viginti Auguſtalibus; ſic enim id genus monetae Turcae appellabant, & deinde Romam venit. Ibi a Pontifice magnifice acceptus in menſa cum eo accubuit. Pontifex deinde eius amicitiae parum fidens, quo longius ab Italia pelleret, hortatur, ut iterum contra barbaros exercitum paret. Adſentitur iterum Fridericus, et Regno ſub fide Pontificis commendato Syracuſis ſolvens in Graeciam adpulit, inde Rhodum pervenit. Non prius

V

(1) Quum Fridericus Imperator mare transfretavit, Ioannes Ieroſolymitanus Rex in Lombardia morabatur, quem Pontifex hortatus eſt ut contra Fridericum arma moveret, & ob eam cauſſam omnes Eccleſiae vires illi ſuppeditavit. Vide *Villanium Cap. XIX. Lib. VI.* ſuarum Hiſtoriarum. *Mecatt.*

prius Italia Fridericus diſceſſerat, quam pleraeque regni provinciae Pontifice ſuadente ab eo rebellarant. Et iam Fridericus Cyprum uſque pervenerat, quum de Pontificis adverſus ſe malis, & rebellione provinciarum, certior factus eſt. Ex quo non ultra progrediendum ratus in Siciliam remeavit. Reliquerat Fridericus in Italia prima eius expeditione Iohannem Regem Ieroſolymitanum, cui Lombardos tuendos mandaverat. Qui quum eum in Graeciam profectum intellexiſſet, ſe ut meminimus Papiae regem dixerat; & Henricus filius, quem Alemannis praefecerat, in patris imperium adſpirabat, crebroſque in Germania motus excitabat. Eo tempore Pontifex Ananiam primum, deinde Peruſium, ſe contulerat. Nec iis contentus, quae contra Fridericum parabantur, Iohannem Regem hortatur expeditionem in Picenum ducere contra Rainaldum Friderici praefectum, aliaſque copias contra Columnenſes, qui ex Friderici partibus erant, in Campaniam miſit. Qui eiecto a Monte Caſinenſi Agarenorum praeſidio, quod ibi Fridericus locaverat, omnia, Capuam uſque, ſuae ditionis effecit. Deinde Pontifex hoc ſucceſſu laetus erat, quumque de fraude parata ſibi a Friderico conſcripſiſſet Romam rediit. Richardus Piceno pulſus paulo poſt ex Umbria ubi ſe

Digitized by Google

ſe receperat in Tuſciam aufugit. Romani iisdem temporibus antequam Conſulum, & Senatus electionem inſtituerent, rebellioni erant intenti, quod veritus Pontifex Peruſium rediit. Romani enim omnem metum contemſere, & ii cives multa nefanda in adverſam factionem patraverant, & Annibaldus vir Romanus ex gente Annibalda in plebe Romana novas induxerat factiones, Senatorem enim urbis ſe dixerat. Quo anno Tiberis tanta aquarum inundatione abundavit, quanta numquam antea viſa fuit, & peſtilentia ingens urbem invaſit. Pontifex de Annibaldi audacia, & clero ſibi favente, intelligens Romam rediit, quaeſtioneque acrius exagitata, omnibus praeter Annibaldum, & clerum, pepercit. Non multo poſt Romani alium ſubſtituere Annibaldum Senatorem Ioannem Pauli, qui delectu populi habito Viterbienſes magna clade adfecit, ſed mox interventu Pontificis pacificati ſunt. Gregorius his peractis Rhotam ſe contulit, ubi Beatum Dominicum in Sanctorum Catalogo poſuit. Poſtea Romam veniens pleraque Campaniae oppida munivit, quod de adventu Friderici, quem iam in Apuliam ingreſſum fama erat, timebat; & Romani Annibaldi ſupplicio indignati a Pontifice rebellarant. Ob quae ubi factus Pallianum

occupaverat. Per ea tempora Populus Romanus antiquo more uſus eſt. Nam quum Senatus legem rogaret Populus ſciverat. Ex quo factum eſt ut civitates finitimae Romanis parerent. Et tamen his non perterritus Pontifex Romam rediit, quo Friderici Praefectus auxilia Romanis immiſſurus ſe contulerat. Iamque Pontificis auctoritate omnis Italia permota diverſarum partium facta erat.

Primus Friderici ex Sicilia in Italiam adventus Brunduſium fuerat; a quibus quum non reciperetur Tarentum proficiſcitur ſperans benevolentia civium ſe Tarento potiturum. Nec eum tanta ſpes fefelliſſet, niſi praeſidium paucis ante diebus a Pontifice ibi immiſſum cives detinuiſſet. Inſuper ea nocte, quae diem adventus Friderici praeceſſerat, alia de integro militum manus ibi intromiſſa fuerat. Igitur Fridericus Tarento fruſtratus Brunduſium rediit, ubi quum nonnullis diebus conſediſſet, evenit ut non contenti Pontificis factionis Andriani, nuncios ad eum mitterent, adſerentes ſe nomen ſuum invocaſſe; eſſe civitates finitimas ob id illis adverſas, quibus cum ſoli aequo marte contendere non poſſent, proinde rogare ut auxilio ſuis eſſet; nec dubitaret fraudem rei ineſſe, quum ipſi ſe ſe obſidum loco remanſuros poli-

ce-

cerentur. Quibus rebus auditis Imperator collaudavit oratores cum hoc diſticho, quod ex tempore fecerat, quod ea in urbe ad haec uſque tempora ſculptum eſt:

Andria fidelis noſtris adfixa medullis
Abſit Fridericus ne ſit tui muneris expers.

Quod ſi non elegans, iamen quod tantum Principem litteris & carminibus delectatum accepi, hic mittere libuit; qui etiam Ariſtotelis opera e Graeco in Latinum ſua aetate iterum transferri curavit. (1) Sed de his alias. Igitur omiſſa rurſus Brunduſii obſidione Andriam venit. Barulum, a Barulo neſcio quo tercentum ferme annis antea aedificatum, diripuit. Quo metu perculſae finitimae civitates ſe Friderico dedere. Cuius oppidi excidio illud antiquum Siculorum proverbiũ vulgatũ, *Gratias ago Barulo*, quod ex Friderici ore prolatum ferunt. Tunc enim ferunt eos, qui rebellarunt, eius metu permotos, et Baruli excidio pavidos factos ad eũ veniam ĩploraturos veniſſe. Hoc maxime metu

(1) De Friderico Imperatore ſic *Ioannes Villanius Lib. VI. Cap. I.* ſuarum Hiſtoriarum refert. *Fu uomo di gran valore, è di grand' affare, Savio di ſcrittura, e di ſenno naturale, univerſale in tutte le coſe. Seppe la lingua Latina, e la noſtra volgare, e Todeſco, Franceſco, Greco, e Saracineſco, e di tutte virtù copioſo, largo, e corteſe in donare, e ſavio in arme, e fu molto temuto; fu diſſoluto, &c.* Mecatt.

praeter Troiam omni ferme Apulia potitus eſt; claſſeque apud Brunduſium relicta, terreſtri itinere in Samnium venit; accitiſque ex Sicilia equitibus Beneventum diripuit, moenia urbis ſolo aequavit. Cuius excidium duobus ita adnotavit carminibus:

Urbs Beneventana tibi ſint tua moenia plana,
Quod plangis merito patienter ferre memento.

Inde Capuam petiturus, comperit illam a Pelagio Legato Pontificis fuiſſe munitam, praeeſſeque civitati Iohannem Regem Ieruſalem, quem ab eo defeciſſe memoravimus.

Igitur exiſtimans rem longioris eſſe conatus flexo itinere per montana aliquot diebus apud Theanum conſedit, a quibus receptus Ceperanum petivit, et Soras; Barulumque iterum incedit. Inde in Marſos verſus per Apenninum iter faciens, Atinum primo, deinde Albertum, ſuae ditionis effecit. Poſt haec Alnum, Malianum, Celanũque per deditionem acceptum, Berardo Celani Comiti, qui ſecum militabat, reſtituit. Poſt per Pelignos, Samnium, Amalphimque, & Brivanum in Samnium(1) adit, illiſque benigne ſubſceptis Arianum occupavit ubi Lippiani, quos ſuperioribus annis memoravimus eorum urbem deſeruiſſe, ipſam ab eo impetraverunt, & ex Lippio Licitum poſtea adpellatum eſt; deinde a di-

(1) Locus corruptus eſt.

a diverſis nationibus, quae eo confluxerant, paulatim corrupto vocabulo pro Licito Licium adpellavere.

Ceterum Ioannes Rex, & Legatus Apoſtolicus, ut primum videre Fridericum in Apuliam redeuntem magnis itineribus Romam pervenere. Inde in Liguriam advolarunt. Quorum diſceſſu, Capuani, qui metu Praeſidii in fide Pontificis ſteterant, permoti, illico nomen Friderici invocarunt. Interea Fridericus Troiam obſederat. Cives nihilominus ad reſiſtendum intenti obſidionem in plures menſes diſtraxerunt. His rebus ſic in Apulia exſiſtentibus Imperator Henricum naturalem filium ſuum Sardiniae Regem creavit; & Romani iterum in Viterbienſes egreſſi a Cruce ſignatis, quos ad ſui praeſidium Pontifex Peruſium convocarat, damna perpeſſi ſunt, iique Tiberinum agrum occupavere. Florentini per ea tempora contra Senenſes belligerantes viginti ex eorum agro oppida occupavere. Caſtraque deinde Senis admoventes civitatis ſuburbia incenderunt. Inde in Peruſinos verſi interventu Pontificis conciliati ſunt; reverſique in Senenſem agrum (1) Caput ſilvarum ſi-

(1) Sic ait *Ioannes Villanius Lib. VI. Cap. VII. In queſt' anno MCCXXX. i Fiorentini andarono ad oſte a Capoſelvoli in Valdambra a' confini d' Arezzo, perchè fa-*

finitimum agro Arretino occupavere, vallemque Ambrae paene depopulati ſunt.

Pontifex Peruſii agens fratres SS Dominici & Franciſci per orbem terrarum miſit, ut Chriſtianos contra Infideles hortarentur. Id Fridericus ab eo dolo factum coepit dicere, ut Alemanias ab eo averteret. Quo tempore Eliſabeth Regis Hungariae Filia miraculis claruit.

Interea Friderico apud Troiam obſidionem continuante factus eſt in urbe tumultus ab his, qui inferiorem portam incolebant. Qui quum ſe ſuperari a reliqua civium multitudine viderent, Friderici copias intromiſere. Civitas a Friderico direpta, & media urbis pars incolis dono porrecta, & his qui tumultum excitarant permiſſa. Sicque civitas incolis dono porrecta veluti Capua & Canoſa, truncata remanſit, & tantum eius medietas inhabitata eſt.

His peractis in Etruriam ab ſua factione accitus perrexit. Primo eius adventu Patrimonium Pontificis ademit, quod ſuperioribus annis Matildes Comitiſſa Eccleſiae Romanae donavit. Inde in Ligures verſus Ioannem Regem Ieroſolymitanum plu-

facea guerra in Valdarno nel Contado di Firenze con la forza degli Aretini, e ſi era della Diogeſi di Fieſole, e del diſtretto di Frenze; e preſonlo, e diſfecionlo fino alle fondamenta. Mecatt.

Google

pluribus praeliis ſuperatum ad mortem coegit.

Poſt haec in Alemanias pergit, quia Henricum filium, quem illis praefecerat, cum Pontifice ſentire intellexerat. Qui poſtquam eo pervenit illum captum in vinculis coniecit, & ex calore carceris Melphi, ut quidam volunt, in Apulia extinctus eſt. (1) Alii in Caſtello Sancti Felicis mortuum eſſe dicunt, quo in loco, ut fama eſt haud obſcurior, fuerat immiſſus. Sed ego comperio ipſum a Friderico in Calabrias miſſum, ubi ex Martorani Caſtro praecipitavit, ſicque vitam finiſſe. Quod etiam cives eius loci adfirmant, & a Luca Archiepiſcopo Coſentino Coſentiae eſſe ſepultum. Haec poſtquam a Friderico ita acta ſunt, in Ligures rediit. Nec ibi immorandum ratus in Alemanias revertitur, & in ipſo itinere Ezelini amicitia fretus veteris ſuae ſtirpis commemoratione, cuius proavus Arnaldus Teutonius fuerat, mileſque Gregorius cum Othone in Italiam venerat; cuius favore fretus paene Princeps in Lombardia effectus erat, magnumque ſibi in ea regione nomen comparaverat; nam illum ſuarum partium Principem fecerat.

Eodem tempore Robertus Antiſſiodoren-

(1) Vide *Ioannem Villanium Cap. XXIII. ſuarum Hiſtoriarum Lib. VI.* Mecatt.

renſis, ex iis qui Conſtantinopoli erant Latini nominis, iam aetate decrepitus virginem Graecam nobilem & forma excellentem ſibi in matrimonium copulavit, non ignarus illam a parentibus Alberto Burgundio Proceri fuiſſe deſponſatam. Qua ex re Burgundius furore accenſus manu ſuorum ſtipatus, impetu in Regiam facto, effractis Aulae foribus, puellam coepit, & naſo obtruncavit, matremque eius rei conſciam proximo mari immerſit. Nec Robertus Imperator eam iniuriam prohibere auſus eſt, Latinis tam foedum facinus deteſtantibus, & Burgundiis audaciam collaudantibus. Qua re permotus Imperator paulo poſt interiit; cui Balduinus frater in Imperio ſucceſſit. Huic Veneti virginem Barbaram, cuius pater iuxta mare Ponticum imperitabat, in matrimonium dare ſtudebant. Sed Latini Balduino, ut potentior ea adfinitate factus fratris iniurias ulciſceretur, Marthani Iohannis, olim Ieruſalem Regis, filiam dedere uxorem, & ei ob id imperium promiſſum eſt. Sed ea repulſa Imperator Barbarus indignatus, filiam, quam illi nubere prius ſtudebat, Theodorico Vattari filio, cui illam ante negabat, deſponſavit. Qua adfinitate Graeci opibus aucti multa ex Latinorum imperio, & Venetorum, in Graecia ceperunt. Erant

Erant ea tempeſtate in Marca Trevi-ſana complures nobiles ceteris praeſtantio-res, in quibus Ezelinus, de quo ſupra di-ximus, Gibellinarum partium primarius, Albericuſque apud Baſſanum, Carrarienſes, & Marchiones Eſtenſes in Agro Patavino, Veronae, Monticuli, & Sancti Bonifacii Comites, qui Friderici fide, & pridem Barbaruſſae amicitia, freti adeo ingentes co-pias & divitias cumularant, ut ad tyranni-dem adſpirarent; ſociique effecti, & Fride-rici primi amicitiam nacti contra civitates, quae ab eo rebellarant, multa nefanda com-miſerant. Ex quo illi intimi Friderico ca-riſſimique facti erant; ſervaverantque in eius fide Cremonenſes, Bergomenſes, Par-mam, Regium, Mutinamque, & deinde Papiam. Et ex montibus Tridentinis quum rediiſſet Fridericus in Italiam, Ezelini opera Veronam ſuſceperat. Poſtea vero in Mantuano agro duo ſuccenderat op-pida, et in Cremonenſi deſcenderat Man-tuanis bellum illaturus. In quos dum ire adſimulat, alia ſibi oblata ſpe rei bene gerendae in Vicentinos flexit. Quam ur-bem ex improviſo adgreſſus vi captam di-ripuit, & igne ſuccendit. Poſtea Paduanum agrum depopulatus Trevifium obſedit. Sed ii a Paduanis adiuti illius furorem evaſere. Eo tempore Theobaldus Rex Navarren-

ſis,

ſis, Americuſque Comes Montis fortis, et HenricusCampaniae Comes,perHungariam Conſtantinopolim pervenere. Inde Ptolemaidam adducti, populati finitimam regionem ingentem praedam Ptolemaidam reportarunt: ſed ea adlecti quum Americus, et Henricus ad Sagam uſque populandi cauſa prolaberentur, ab hoſtibus ex improviſo adorti, dum duorum dierum itinere fatigatis redeundi facultas adimeretur, cum prioribus ſui exercitus caeſi ſunt.

Anno MCCXXXIII. Gregorius Roma pulſus a Petro Frangipano, qui Friderici partium erat, Viterbium ſe contulit; & Fridericus Paduam ab Ezelino direptam imperio ſuo adiunxit. Agarenis, qui ſecum militabant moenia civitatis; Germanis vero Regiam tuendam mandavit. Odioque Carrarienſum motus Azonem Eſtenſem in Ezelini partes adtraxit. Mox in Brixianos verſus Claramontem diripuit, incenditque.

Interea Mediolanenſes, & ſociae civitates exercitum ad Novam Curtem contraxerant, in quos Fridericus invectus, multis Mediolanenſium praelio caeſis, tamdem eorum exercitum debellavit, cepitque (1) Petrum Theuphilium Venetorum Ducis fi-

(1) Vide laudatum *Villanium Lib. VI. Cap. XXII.* Mecatt.

filium, qui hoſtium exercitui praeerat. Hunc Fridericus in Apuliam miſſum in vinculis coniecit, deinde Sereniſſimo Senatu Veneto inhibente occidi mandavit. Qua victoria elatus Cremonam rediit. Acceperat enim Ezelinum inſinuaſſe in ditionem Azonem Eſtenſem, & illum Eſtenſi oppido eieciſſe; quod praeſidio Agarenorum firmavit. Interea varia de Friderico geſta vertebantur. Nam ſunt nonnulli Annalium Scriptores, qui adfirmant, oratores, quos Fridericus ad Saladinum miſerat, pace cum eo perfecta Chriſtianis indecora, & tanto Principi ſubſpecta, rediiſſe Cyprum, ibique offendiſſe Imperatorem; ipſum aliquantiſper in Inſula moratum illam occupaſſe. Deinde admonitum ab ſuo Magiſtro militiae Aconem perrexiſſe, & firmaſſe illic cum Solidano inducias in decennium, atque Ieroſolymas petiiſſe, & ibi coronatum eſſe; ſcripſiſſeque literas ad Pontificem, ut eum abſolveret quoniam in Aſiam perveniſſet. Sed Pontificem prius de geſtis Friderici a Gallis militibus certiorem factum non ſolum non abſolviſſe illum ab excommunicatione, ſed etiam mandaſſe Cruce ſignatis, ut ab eo, & Solidano, caverent. Quibus rebus Fridericus indignatus damna ingentia rurſus in Ita-

Italiam rebus, & terris Eccleſiae intulit; de quibus in poſterum memorabimus.

Pontifex interea non deſtiterat praeſidia, amicitiaſque ſibi parare. Quo tempore Veneti quum diſſentirent cum Genuenſibus, iis legibus a Pontifice pacificati ſunt, ne quis eorum altero inſcio abſenteque cum Vattari Graeco Imperatore foedus iniret, nihilque rei ſecum haberet; bellaque communia eſſent, & alter alterius vexilla portaret; idque inter eos ſancitum, ut ſi quis contra feciſſet a Pontifice ſacris interdiceretur. His peractis iterum Fridericum excommunicavit, & omni eius imperio privavit. Quo tempore Ioannes Vattari apud Andrinopolim Imperatores Latinos Graecia pellere nitebatur; nam Vattari ab Andrinopoli Smyrnam uſque maritimas urbes obtinebat, Marcus Cannius AEgaeum, inſulaſque; & Longavallis Rhodusque ei ſuberant. Deinde quum Vattari Cretam invaſiſſet, partemque non modicam Inſulae cepiſſet, Marcus Cannius a Venetis interea conductus, eius claſſem magno incommodo repulit, oppidaque quae Vattari ſuſceperat recuperavit. Quo item tempore Raguſaei a Venetis rebellarunt, & Balduinus multo bellorum turbine fatigatus, quum ei pecunia deeſſet, Philippum filium ſuum infantem merca-

to-

toribus Venetis pignori dedit, quem illi Venetiis cuſtodiendum curarunt. Praeterea culmina ſacrarum aedium plumbea, Spongiam, Lanceam, & Crucis Dominicae lignum Venetis item pignori dedit, ut ſibi obſeſſo ab Imperatoribus Graecis opem ferrent. Immiſſae ab iis triremes XXV. & is Rhodum ex foedere promiſſum conſignavit. Sacram Lanceam Ludovicus Francorum Rex poſtea redimens Pariſios detulit.

Poſtea vero quam Fridericus de Anathemate in eum prolato certior factus eſt, ad ſe purgandum ad univerſos Chriſtianae Religionis Principes Regeſque miſit Petrum de Vineis ſuarum epiſtolarum ſcriptorem, ut orationem in Pontificem haberet quam maxime luculentam. Qui in Friderici laudem exorſus ab odio Pontificis, & eius nefandis geſtis cepit exordium, multaque beneficia Friderici in Romanam Eccleſiam collata commemorans, quae a Pontifice non ſolum conſiderata, ſed ne cogitata quidem fuerant, quibus ille in Friderici largitoris perniciem abuteretur. Nec eſſe mirandum ſi haec in eum patraret, & Eccleſiam Romanam bene firmatam in diſcrimen adduceret, quum Imperatoris auctoritatem, & Patrum conſilium repudiaret, quippe quod ab eo, qui parens bonus & tutor fidelis Romanae Eccleſiae eſſe deberet, tamquam

a ma-

a malefico praedone diriperetur patrimonium dignitatis; nec eſſe mirandum ſi Eccleſiam peſſimis conſiliis peſſundaret, quum verba Chriſti contemneret dicens: *Ite & praedicate Evangelium omni creaturae:* Quod ſi qui audire noluerint excutite in illos ſeditionem.

Poſtremo deploravit Dignitatem Pontificatus in tales homines eſſe redactam, qui non amicis non Eccleſiae, non fratribus, non denique ſibi ipſi conſuluiſſent, nec cognoſcerent qui praediti dignitate Chriſtianae Religioni praeeſſent. Poſtremo, etſi alibi ſaepius, in fine ſuae orationis Imperatoris egregia facta commemorando audientium animos a Pontificis benevolentia ita alienavit, ut pleriſque Friderici cauſſa adprobaretur; ſcripſit praeterea idem Petrus ex eadem re contra Pontificem ad pleroſque Chriſtianorum duces Pontificis ſcelera deteſtatus nefariaque, ac foeda ipſius geſta. Theobaldus Campaniae Comes poſt mortem Regis Navarrae ſui Avunculi Rex Navarrae efficitur; & Ludovicus Franciae Rex conduxit Margaritam Comitis Provinciae filiam; & fames valida eo anno Francos oppreſſit. (1) Inte-

(1) De controverſiis inter Fridericum & Pontificem exortis pluria diximus ad Leonis Vrbevetani Chro-

Chronicon Imperatorum, ubi Epiſtolas quaſdam e Latino in Etruſcum ſermonem tranſlatas produximus. Sed quantum ira & furor in Pontificem Fridericum tranſverſum egerit ex inſequenti Epiſtola intelligere eſt, quam ex Codice MS. Riccardiano edimus.

Queſta mandò Federigo eſſendo in Soria, ai Principi di quà; intendendo, che la Chieſa il volea fare avvelenare, e iurare gli ſuoi fedeli.

„ A ben gran maraviglia ſi toglie, che là un-
„ de noi attendevamo grande grazia con grandi be-
„ nefizi, inde recevemmo diverſe generazioni d' i-
„ niurie e offeſe. Contra voglia parliamo, ma ta-
„ cer non potemo; e in ciò che taciuto avemo lun-
„ gamente la ſperanza, che molti inganna, ha in-
„ gannato noi. E bene pote eſſere, che al noſtro
„ tempo vegna la fine de' ſecoli? Conciofſiacoſachè
„ chiarezza di verace amore ſi trovava affreddata
„ non pur nelle ramora, ma nelle radice. E non
„ ſi leva pur gente ſopra gente, non pur reame mi-
„ naccia altro reame, non pur fame e piſtolenzia
„ conturba i cuori de' viventi; ma eſſa chiarezza, per
„ la quale ſi governa il Cielo e la terra, par turba-
„ ta non ſolamente ne' fiumicelli, ma entro la prin-
„ cipal fontana. Quando lo 'mperio di Roma, lo
„ quale per divine provviſioni fu poſto a defenſio-
„ ne della Criſtiana Fede è gravemente infeſtato,
„ non dalle piccole genti, ma dà' Padri medeſimi,
„ quali il ditto Imperio à onorati e innanzi poſti.
„ Che ſe incontro noi ſi levaſſe uomo, inimico no-
„ ſtro, o perſecutore della Chieſa; o ſe alcuno
„ avverſario iſmoveſſe a ribellione i popoli ſotto-
„ poſti allo 'mperio noſtro, certo noi prenderemmo

„ arme di difenſione, e il coltello, del quale è
„ data a noi poteſtà da Dio per defenſione della
„ Criſtiana fede, e della Eccleſiaſtica libertade, ed
„ a tutto noſtro podere cominceremmo le battaglie
„ di Dio. Ma quando l'univerſale Padre Vicario
„ de Criſto, e ſucceſſore di Santo Piero, nel qua-
„ le noi abbiamo meſſa tutta la fede, e la ſperan-
„ za, ſi muove così indegnamente, e così aſpra-
„ mente contra noſtra forza, e in tutte maniere ſi
„ ſforza di recare contra noi la malavoglienzia di
„ tutto il mondo; chi ſarà quelli, che non ſi tur-
„ bi, e ſi maravigli, veggendo tante crudeli bat-
„ taglie apparecchiate contra la noſtra innocenza,
„ alle quali contraſtare non ci potrebbe menare
„ altra coſa, ſe non viva neceſſitate. Concioſſia-
„ coſachè noi fermamente credemo, che per reve-
„ renzia di Dio ſia da ſofferire Santo Piero, al qua-
„ le diede balia di legare, e di ſciogliere in
„ terra. Ed adunque intenda la terra tutta, che
„ noi a dire parole ſiamo tratti quaſi per forza
„ di ſcritte, e di meſſi, li quai contra noi ha
„ mandato la madre Chieſa, la quale è ora contra
„ la noſtra divozione preſſo a uſizio e uſo di
„ matrigna. Credemo bene, che voi avete udito, che
„ la 'mperatrice Goſtanza madre noſtra avendo noi
„ ſuo ſolo figliuolo delle genti ſollicitudine, alla
„ ſua deritana voluntade in ſuo teſtamento, non
„ ſenza molto provvedimento commeſſe la noſtra
„ perſona nel ſenno, e nella guardia di Santa
„ Chieſa, acciocchè 'l figliuolo non foſſe privato
„ d'aiuto di madre. Anzi la ſalutevole cura di
„ nuovo preſa, tanto più compenſa gl'inſollazzi
„ della perduta madre, quanto più puote la ſpiri-
„ tuale, e temporale potenza provvedere all'uti-

„ li-

,, litade del pupillo, e della tutela. Avvegnachè
,, l'Apoſtolical Sedia doveſſe avere lo dovere della
,, guardia; nondimeno appaiono pericoli della per-
,, ſona a non piccolo dannaggio delle ſue coſe. E
,, bene paleſe coſa che noſtro regno fue abbandona-
,, to in tutte le parti nelle mani di guaſtatori, e
,, di rubatori, ſiccome navi ſenza timoni nelle tem-
,, peſte, così l'eredità del pupillo ſenza guarnito-
,, re di rettore non difeſa fu, ma diviſa per parte,
,, e guaſtata per gran morſi de' nemici. Appreſſo
,, ciò il nobile uomo parente, avvegnachè nemico
,, di caſa noſtra, con molto favore dell' Apoſtolical
,, Sedia fue coronato dello 'mperio Romano, e la
,, iuſtizia del pupillo foſſe abbattuta, e il ſuo ſtato
,, pericolato, che la gente credea, che moriſſe, e pe-
,, riſſe del tutto. E perciò altrimenti vede l'uomo,
,, e altrimenti Iddio, avvenne che la divina miſe-
,, ricordia riprovò l'umana intenzione. Permiſe
,, con molta pietade del noſtro parente, noſtro av-
,, vengachè nemico, avendo per ſuperbia tutto il
,, mondo, avvenne non ſolamente contra noi pu-
,, pillo e ammeſſo alla Chieſa, ma in queſto tuto-
,, re noſtro, per lo quale egli fue coronato, fece
,, ſolamente contro noi conſpirazione, e preſe la
,, maggior parte del noſtro regno, e l'Apoſtolical
,, Sedia medeſima in molte maniere perſeguitò e of-
,, feſe, e danneggiò per forza sì caldamente, che
,, veramente quelli, ch' erano nella tempeſtata na-
,, ve di Piero poteano gridare: *Salva noi che peria-*
,, *mo*: d' onde alla fine non trovandoſi alcun' al-
,, tro, che voleſſe ritenere le dignitadi dello 'mpe-
,, rio contra noi, e contra la noſtra iuſtizia; che
,, preſumeſſe di dare ſolazio, e diporto alla picco-
,, la nave, piacque a' Principi, per lezione de' qua-

X 2 ,, li

„ li era a noi debita l' Imperiale Corona di chia-
„ mare, e d' eleggere la noſtra perſona; e la ſcien-
„ za de Dio che dormiva nella poppa d' eſſa nave
„ ſi riſvegliò al grido de' Diſcepoli, e per noi ab-
„ bandonato il quale egli avea maraviglioſamente
„ difeſo fuori della credenza delle genti, abbat-
„ tendo il ſuperbo, e innalzando l' umile, coman-
„ dò quaſi a tutti, che tranquillitade, e poſa foſ-
„ ſe, e non ſolamente traſſe di tempeſta la nave,
„ anzi la miſe in alto in maraviglioſa poſſanza.
„ E Dio ne chiamo in teſtimonio, che fuori del
„ ſeno dell' aiuto umano noi ci ponemmo la perſo-
„ na a molti pericoli, vegnendo nella Magna per
„ l' aiuto de' Principi per la noſtra opera. La
„ divina potenzia abbatteo quello ſuperbio in tal
„ maniera, che prima fue riformato lo ſtato della
„ Chieſa, che noi poteſſimo provvedere al noſtro ri-
„ poſo. Vnde noi penſando con divoto animo, che
„ noi poteſſimo rendere a Dio per cotanti benefici
„ fatti a noi, avvengachè apparì chiaro non ſi poſ-
„ ſa il merito della fattura al ſuo fattore, imman-
„ tinente, che noi avemo preſa la 'mperiale Coro-
„ na andaſſe alla cappella la noſtra Perſona,
„ e tutto noſtro podere offerendo a Dio molto u-
„ milemente non in Sacrificio, ma in Olocauſto ri-
„ cevemmo l' altezza; e infuocò li noſtri uomini
„ per intendere efficacemente, e conſideroſſi i ſtu-
„ di a ricoveramento della ſanta Terra; e a ciò in-
„ ducemmo parecchi Principi, e grandi uomini, qua-
„ li per eſempio, e quali per promeſſe, e quali
„ per larghezze, e de' quali una gran partita col-
„ l' aiuto noſtro paſſaro in quel tempo a difendere
„ la Santa Terra. E con tanto deſiderio prendemmo
„ ſopra noi sì caldamente quella biſogna, e sì af-

„ fet-

„ fettuoſamente , che per potere andare in perſona „ più toſto con gli altri Crociati noi domandammo „ con molta iſtanzia , che certo termine foſſe aſſe- „ gnato a noi , e agli altri di fare il paſſaggio. „ E ſenza fallo noi l'averemmo volentieri fatto „ ſe non foſſe la volontà de' Principi , che non s' ac- „ cordava ancora. Ed altra manifeſta neceſſitade fu „ impedimento ai noſtri deſideri , cioè che 'l turba- „ mento dello 'mperio non era bene poſato. Av- „ vegnachè per ſottile cagione di piccola dimoran- „ za ha la noſtra buona intenzione vocata malva- „ gia di quella parte ond' ella menava lode , e favo- „ re. Alla perfine noi alla domandanza del Meſſal „ Apoſtolico venimmo , e ſolennemente ricevemmo „ la 'mperiale corona. E perchè lo noſtro corona- „ mento non foſſe dannoſo all' Apoſtolica Sedia le „ concedemmo delle migliori , e delle più utili ter- „ re della provincia d' Italia. E per maggior divo- „ zione ricevemmo ancora lo ſegno della Santa „ Croce dalle mani del Reverendo Padre Meſſere „ G. Agule Apoſtolico , ma allotta Veſcovo d' Oſtia, „ creſcendo voto a voto , e deſiderio a deſiderio. „ Appreſſo ciò , noi intrammo ben avventuroſa- „ mente nel noſtro Regno , il quale per lunghe guer- „ re era diminuito e dannato di tutte ricchezze , e „ là trovammo fortiſſime Rocche , e Caſtella , „ le quali ſi teneano contra noi , e per Saracini , e „ per Criſtiani noſtri rubelli , a e tutti gli conveniſſe „ avere di nuovo , e riavere noſtra Signoría per „ forza e per battaglioſa prodezza , nondimeno in- „ tra cotante fatiche , e infra tanti turbamenti noi „ non ubliammo la terra Santa , ma innanzi man- „ dammo gli diletti Principi noſtri Doſi di Baviera, „ e Veſcovo , e dimolti altri al ſoccorſo di Damia-

 „ ta,

„ ta, e ſpeſſamente arrogammo meſſi ſopra meſſi,
„ e lettere ſopra lettere, pregando e domandando
„ l' oſte de' Criſtiani, ch' egli non ſi partiſſero di
„ Damiata, e attendeſſero lo navilio, e lo sforzo
„ noſtro, eſſendo noi certi, che la noſtra preſenza
„ avrebbe a mano a mano. Ma egli avendo per
„ niente le noſtre lettere, e preghiere ſenza conſi-
„ glio de' nobili e ſavi, e non atteſe il noſtro na-
„ vilio, e fue menato il popolo mattamente, e cad-
„ de nell' ago: anzi l' ago non proveduto. E noi
„ non ſapendo quello malavventuroſo caſo tramet-
„ temmo Anſelmo allotta maeſtro Mariſcalco con
„ ſoccorſo di Criſtiani, e di vittovaglia, e 'l Conte
„ Arrigo fedel noſtro con XLI galea, il quale
„ altamente, e potentemente per venire a Damiata
„ non ne trovò l' oſte. Ma perciocchè avea da noi
„ in comandamento d' ubbidire al Legato della Chie-
„ ſa fin' al noſtro paſſaggio, tornò indietro per lo
„ fiume; e volendoſi giugnere coll' oſte, ecco che
„ trovò i meſſi del Legato, e del maeſtro del Tem-
„ pio, e del maeſtro di Santa Maria degli Alamanni,
„ e il Conte di Pitieri, i quali comandaro a lui
„ iſpreſſamente da parte del Legato ch' egli tornaſ-
„ ſe con loro; ei così fece. Egli non erano venuti
„ per altro ſe non per dare Damiata al Soldano
„ per iſcambio di preſi. In quella maniera fue per-
„ duta Damiata; avvegnachè falſamente, e per
„ nuova menzogna ſi dice contra noi, che la no-
„ ſtra gente andava per iſturbare il detto ſcambio
„ de' preſi, e non è veriſimile che noi con tanta
„ ſollecitudine, e con così diſmiſurate ſpeſe e tra-
„ vagli, noneravamo per deliberare la Santa Ter-
„ ra, e veniſſimo contra il detto ſcambio, per lo
„ quale avvenga porre 'l deſiderato fine alle noſtre

„ fa-

terea Fridericus Veronae erat, & ut audivit Petrum, Venetiis enim Pontifex erat, rediiſſe, in paluſtrem Venetorum terram invectus praedam inde abegit. Qui quum populabundus ultra progredi non poſſet in eos multa foeda & in Pontificem comminatus eſt. A Paduanis obſidem ſubſcepit, Veronamque pergens, obſeſſurus Mantuam adſimulans, Parmam, & inde Lucam, & Piſas petivit. Quibus temporibus Ezelinus Friderici copiis fretus Marchiam Treviſanam occupavit; & Parma Roſſorum favore adnitente a Friderico defecit. Eodem anno Fridericus in Æmiliam reverſus, Faventinos poſt ſeptem menſium obſidionem deditione accepit, & omni deinde Flaminia potitus eſt. Quo ferme tempore Manfredus Friderici Filius Conſtantiam ſuam in matrimonium Petro Aragonio deſponſavit; & Gregorius Montelongus Legatus Pontificis Bononiae agens, & Veneta Claſſis, Mantuanique, & Albericus Ezelini frater cum Azzone Eſtenſi Ferra-

„ fatiche. Ma noi veramente udendo le diſavventuroſe novelle della perdita di Damiata, e volendo contraſtare a sì pericoloſi dannaggi, mandammo i noſtri meſſi al Reverendo Padre di felice memoria Meſſer Onorio PP. per parlamentare con Lui a Inverſa, e per ordinare il paſſaggio.

riam invaſere, quae Friderici praeſidio tenebatur. Eius praefectus Salviguerra Ferrarienſem rem adminiſtrabat, qui ſuperioribus annis Ezelini ſororem duxerat, diuque oppugnatus in longum obſidionem pertraxiſſet, niſi in adloquium egreſſo cum fide publica ſibi data Legatus contemta iuris iurandi religione interceſſiſſet adſerens hoſtibus Romanae Eccleſiae non eſſe fidem ſervandam. Recepta urbs Azoni Marchioni Eſtenſi attribuitur pro Romana Eccleſia gubernanda. Ceterum Salviguerra Venetias perductus nando conceſſit. Deinde ſuaſionibus Pontificis excitati numero navium ampliore claſſem exarrant (1) bellum contra Fridericum intentaturi. Quod Fridericus audiens Piſas ſe contulit ſcrutaturus quae Etruriae civitates, quique populi cum eo ſentirent, & qui Eccleſiae fautores eſſent. Inter ceteros ſibi fideles Piſanos & Miniatenſes, qui eius Praefectum acceperant, magnopere extulit; quibus etiam conceſſit id agri, quod alveo Arni fluvii inundantis abluitur, cuius

(1) Alibi etiam dicit exarrant, quae quidem vox etiamſi barbariem ſapiat, nihilo tamen minus vulgo explicari poſſet *noleggiano*. Mecatt.

Digitized by Google

ius tertia pars ſingulis annis Imperatori devolvebatur.

Ludovicus Rex Franciae Aſti a ſuis veneno potatus Dei benignitate a praedicto veneno ſalvatus eſt; pauloque poſt Roberto fratri ſuo dedit uxorem Matildam filiam Ducis Britanniae, cui dotis nomine Atrebatenſem civitatem, & agrum Actenienſem dedit.

Ea tempeſtate nomen Guelfum, & Gibellinum praeter ſolitum auctum eſt. Quod nomen, ut quidam volunt, apud Piſtorienſes primo auditum in Etruria eſt, quum Cancellarii Panciaticos eieciſſent. E Florentini ſuos nobiles qui Piſanis favebant in exſilium dedere; & Senenſes Florentinorum odio, & Arretini cum Miniatenſibus, & Peruſinis, qui Piſanis ſocii facti ſunt, erant adhaerentes. His rebus cognitis hortatur Fridericus Piſanos ſocioſque, ut claſſem, cuius gratia Piſas conceſſerat, contra Venetos parent. Et quia Piſani cum Genuenſibus diſſentiebant, centum triremes armant, (1) quas contra Venetos miſere; quibus Henricus Friderici filius naturalis praefectus eſt. Illae apud Inſulam Corſicam a Genuenſibus, & Venetis fugatae in Portum

(1) Naturalem Friderici filium *Villanius* dicit Entium, totius claſſis praefectum fuiſſe, *Lib. VI. Cap. XX.* Mecatt.

tum Piſanum ſe receperunt. Veneti deinde Claſſe Piſana deterriti Polae moenia ſolo aequarunt. Sed mox certiores facti de ſuorum victoria moenia ibi inſtauravere. Altera Piſanorum claſſis nonnullos Cardinales, Praelatoſque, cum quibus Pontificis Legati, in quibus Iacobus Praeneſtinus Epiſcopus qui ad Pontificem ab Rege Franciae revertebatur, (1) & Cardinalis, qui iam pridem in Angliam miſſi fuerat redeuntes in mari capti a Piſanis ſunt. Quos captos Fridericus filio iis verbis commendatos voluit.

Omnes Praelati Papa mandante vocati,
Et tres Legati veniant hunc uſque ligati.

& Amalphiae carcerari iuſſit; quamquam quidam adfirment a Piſanis mari (2) demerſos, et propterea triginta annis civitatem in excommunicatione permanſiſſe; ob idque poſtea fuiſſe aureos ab iis factos cum imagine Beatae Virginis et Friderici Aquila, rerum harum memoriam conteſtante. His peractis Piſani cum claſſe Veneta concurrunt. In quo conflictu Veneti ſuperiores fuere, et Henricus prope captus, et Piſanae triremes Venetias perductae ſunt. Poſt

(1) Vide *Ioannem Villanium Lib. VI. ſuarum Hiſtor. Cap. XX.* Mecatt.

(2) Vide Epiſtolam Ludovici Galliae Regis hac de re Friderico ſcriptam *Par. II. Chronici Leonis Urbevetani pag.* 290. Mecatt.

Poſt haec Ioannes apud Andrinopolim interiit. Theodoricus Vattari filius ſubſceptus eſt. Hic a Venetis partem Crucis, quam illi pignori a Balduino acceperant, redemit. Quo tempore Fulginenſes ac Viterbienſes a Pontifice rebellarunt. Sed ii beneficii immemores. Nam quum eorum Eccleſia ſine Praelato eſſet, primum Pontifex Epiſcopum dederat. Pro quo beneficio non dignum illi praemium retulere.

Inſequenti anno Manfredus Friderici filius Tifernates, Eugubinos, Nucerinos, compluraque Vmbriae oppida ad defectionem coegit. Quorum exemplo excitati Spellani, Menanique, & Montefalconenſes a Pontifice rebellarunt. Defeciſſent item ea tempeſtate Tudertini, & Romani, niſi Legatus Apoſtolicus, qui urbi praeerat capita Apoſtolorum per urbem detuliſſet, populumque Romanum contra Fridericum ſignaviſſet tanquam contra infideles pugnaturum. Ex quo factum eſt ut Fridericum urbi adventantem cum Manfredo Romani reſpuerint. Indignatus ob id Imperator ac ſi poteſtate ſua Pontifex eum conturbare coepiſſet, quadripartito eorum capita ſcindi iubet, quo illis Crucis character indelebilis remaneret. Tamdem prohibitus urbe Beneventum perrexit, civitatemque triduo direptam, quia ab ſe etiam pri-

pridem Beneventani rebellarant, ſine moenibus reliquit. Inde exercitum per Aquilam ducens Aſculanum agrum depopulatus eſt. At ex altero Italiae latere Manfredus Etruſcos primo ſibi rebelles, deinde Romandiolae civitates adortus, omnes eam regionem ferro, & igne vaſtavit. Quo tempore Guelfa factio multa foeda in Etruria, & praeſertim Florentiae, paſſa eſt Gibellinis ubique exſultantibus. Quarum rerum gratia Pontifex a Gallis, & Anglis iterum auxilia petiturus oratores ad eorum Reges miſit, qui Pontificis calamitatem exponerent.

Erant ea tempeſtate Parmae quidam Pontificis cognati, adfineſque, quos Fridericus Placentiam migrare iuſſerat. Quod Pontifex aegre ferens Fridericum in Lugdunenſi Concilio excommunicatum Regno & Imperio privavit, ſubditos ſacramento fidelitatis abſolvens. Ob quod Imperator illos carcerari iuſſit, & domos eorum demolitus eſt. Poſt eius depoſitionem nemo tamen electus eſt in Imperio, ſed vacavit imperium Romanum annis viginti & octo; & ipſe tamen pro Imperatore ſe geſſit Pontificis inhibitiones parvi faciens, (1) Alii

(1) Quatuor etiam fuiſſe cauſſas cur Fridericus in Lugdunenſi concilio damnatus fuerit tradit *Villanius*

Alii autem non hanc, ſed illi fuiſſe alias excommunicationis cauſas ferunt. Primam periurii, pro Imperio adſumendo, & Regno adminiſtrando iuramentũ ab eo factum non ſervatum. Secundam ſacrilegii, propter Legatos, & Cardinales quos capi fecerat. Tertiam quia de haereſi adnotatus eſt; quippe Agarenos ſalvari poſſe dicebat dummodo honeſte viverent. Quartam quia a ſolutione cenſus Eccleſiae Romanae debiti ceſſabat.

His rebus ita exſiſtentibus nihilominus Fridericus cum Arnaldo Duce Burgundiae inito foedere Lugdunum properat, tantas equi-

nius Cap. XXV. Lib. VI. ſuarum Hiſtoriarum. Sic enim ait: *Le principali cagioni perchè Federigo fu condannato furono quattro. La prima perocchè quando la Chieſa lo inveſtio del Reame di Cicilia, e di Puglia, e poi dello 'mperio giurò alla Chieſa dinanzi a' ſuoi Baroni, e dinanzi allo 'mperadore Baldovino di Goſtantinopoli, e a tutta la Corte di Roma di difendere Santa Chieſa in tutti ſuoi onori, e diritti contro a tutte genti; e di dare il debito cenſo, e reſtituire tutte le poſſeſſioni, e giurisdizioni di Santa Chieſa, delle quali coſe fece il contrario, e fu ſpergiuro, e commiſe tradimento, e villanamente, e a torto infamò Papa Gregorio nono, e ſuoi Cardinali per ſue lettere per l'univerſo mondo. La ſeconda coſa fu, che ruppe la pace fatta da lui alla Chieſa, non ricordandoſi della perdonanza a lui fatta delle ſcomuniche, e degli altri misfatti per lui operati contro a Santa Chieſa, ed a quelli, che furono con la Chieſa contro a lui in quella*

equitum peditumque militum copias ſecum ducens, quantas numquam antea aut ipſe, aut alius Imperator poſt Romam conditam duxerit. Is quum Tarentum perveniſſet certior factus, quod Henricus ipſe quem rebus Italiae praefecerat, et Parmae manere iuſſerat, ſuaſu Cremonenſium in Brixianos duxerat; ob quod exules Parmenſes, ſuperatis eorum civibus apud Taurum fluvium, Parmam invaſerant magna civium caede, ſtatuit retrocedere, & Lugduni iter, ad quod ſe adcinxerat, omittere; ſimul etiam quia Pontificis Legatum Parmam cum magna manu ingreſſum acceperat, ut una

la pace giurò, e promiſe di mai non offendere, ed ei fè tutto il contario, che tutti li diſperſe o per morte, o per eſilio loro, e loro famiglie, e non reſtituì a' Tempieri, e Spedalieri le loro magioni per lui occupate, le quali per patti avea promeſſe reſtituire; e laſciò per forza vacanti XI. Arciveſcovadi con più Veſcovadi e Badie nello Imperio, e Reame; i quali non laſciava a que' che degnamente erano eletti per lo Papa tenere, nè coltivare, facendo forze, e ſtorſioni alle ſacre perſone recandogli a' piati dinanzi a' ſuoi Balii, e Corti Secolari. La terza coſa fu per ſacrilegio, che fece, che per le Galee di Piſa, e per lo Figliuolo Re Enzo fece prender due Cardinali, e molti Prelati in mare come detto è in addietro, e di quegli mazerare in mare, e tenere, morendo in diverſe ed aſpre carceri. La quarta fu, perchè egli fu trovato, e convinto in più articoli di Reſia di fede. Adiſis ipſum *Villanium Capite XXV. Lib. VI.* Mecatt.

una cum exſulibus Civitatem ab eius fide alienaſſet. Quibus auditis anxius Ezelinum ex Marchia advocat Triviſana, coactiſque aliis ex Apulia copiis ſexaginta mille armatorum exercitum effecerat quibus cum Parmam obſedit, ſtatueratque non prius eo loco diſcedere quam civitatem ſolo aequaſſet, alteramque in caſtrorum loco aedificaſſet, quam foſſa et vallo muniverat, Victoriamque adpellabat. Elegerant ante excommunicationem Friderici Electores, ut fama eſt, in Alemania, Pontificis ſuaſionibus, in Regem Guilielmum Hollandiae Comitem, qui cum Conrado Friderici filio in Germania bellabat. Hic paulo poſt moriens Conrado imperium Germanorum reliquerat. Interea aliquot Regni Neapolitani duces a Friderico rebellaverant, in quibus Sanſeverinorum familia, pluresque alii ſuarum civitatum Principes, quos Manfredus apud Canutacium praelio victos captoſque ultimo adfecit ſupplicio, & quoſdam fugavit; & qui in Etruria Gibellini Guelfique defecerant in Miniatenſium arce cuſtodiri mandaverat. Sed Gibellinos ſuorum prece permotus, paulo poſt dimiſit; Guelfi vero ita capti mendicando vixere. Lucenſes cum Piſanis conciliati in amicitia aliquot annis permanſere. Rece-

pe-

(1) Vide *Villanium Cap. XXVI. eiusdem Libri*.

pero Miniatenſi internuntio, cuius opera Fridericus in ſimilibus plurimum utebatur. Duobus iam ferme annis duraverat Parmae obſidio, et bellum atrox variumque cum obſeſſis fuerat. Quo tempore ex Africa, Aſia, et AEgypto munera ab infidelibus Friderico adlata ſunt. Nam Saladini Legati Elephantos, Dromedarios, Pantheras, Pardos, Vrſos, albentes Leones, aliaque ſibi portantes ſuſcepit; fecitque viridaria aliquot haud procul a munitione caſtrorum, in quibus omnia luxuriae irritamenta fuiſſe feruntur.

Ea tempeſtate Pontifex dimiſſo Concilio rogatus a Galliae Rege miſit qui populis ſuaderent Crucem contra infideles capere, & Ludovicum in Aſia ſequi, qui id voto voverat ſe facturum, quum gravi morbo premeretur. Erant tunc res in Aſia Chriſtianis adverſae. Nam ſuperioribus annis Tartari bipartito exercitu Aſiam, Europamque invaſerant, & Hungariam petiverant, Georgiamque Tomitanorum olim regionem vaſtarunt, in qua Tomus civitas Metropolis erat, ubi Ovidius Naſo olim ab Auguſto relegatus fuerat. Alia vero ipſorum manus Bacone Duce Poloniam, & Hungariam populati ad mare Ponticum deflexerunt. Sed Solimanus Hungariae Regis frater in Pannonia, & Henricus Nur-

Nurſiae Dux in Polonia cum iis decertantes, (1) commiſſo praelio ſuperati fuerunt, & ambo cum ſuis caeſi. Deinde Tartari victores liberius vagantes Ruſſiam, & Gazzam, ampliſſimas regiones vaſtaverunt. Per id etiam tempus Groſſiani gens Arabica Solidano Babyloniae impellente congreſſi cum Chriſtianis, & Templariis, illos male mulctatos fudere. Deinde Ieroſolymas petentes, quod civitas non munita erat, Chriſtianos a Saladino pridem ſervatos occiderunt, Chriſtique ſepulcrum violavere anno ſalutis MCCXXXXVIII. Ludovicus & Philippus Rex Franciae accepta apud Lugdunum Pontificis benedictione cum invocatione omnium Sanctorum, ac Sanctarum Dei, mare ingreſſi cum Cruce ſignatis Cyprum venientes hiemavere. Primo vere Damiatam claſſe venerunt, naveſque Solidani repulerunt, hoſtibuſque e littore diſiectis, & profligatis, in ipſo caſtra poſuere, & urbem iam pridem a barbaris captam obſedere, cum quibus barbari tumultuariis ſaepe praeliis concurrebant varia utriuſque partis fortuna.

Y Fri-

(1) *Villanius* de hac Tartarorum incurſione mentionem facit *Cap. IX. Lib. VI.* Verum non Solimanum, ſed Silicem Colmani Ducem in Pannonia Hungariae Regis fratrem dicit eum fuiſſe, qui cum Barbaris praelia commiſit. *Mecatt.*

Fridericus obſidione apud Parmam continuata multos civitate egreſſos, captoſque, vinctos ſervabat. Sed quum intelligeret civium animos obſtinatos, quotquot in carceribus habebat tormento bellico vivos in urbem proiiciebat, multaque etiam in eorum mulieres graſſatus eos hoſtes ſibi infenſiſſimos fecerat. Sed quum iam paene victor cuſtodiam caſtrorum neglexiſſet, Germanique re & verbis acrius hoſtes irritarent, egreſſi urbem cives cum Legati copiis ſtragem ingentem fecere, eoſque fugientes inſequuti (1) Victoriam, hoc eſt Caſtrorum

(1) Hoc ipſum *Villanius* commemorat *Cap. XXXV. laudati Libri*; Sic enim ait: *In queſto tempo Federigo Imperadore ſi poſe ad aſſedio alla Città di Parma in Lombardia, imperocch' erano rubelli della ſua Signoria, e teneano con la Chieſa, e dentro in Parma era il Legato del Papa per la Chieſa con gente d' arme a cavallo in loro aiuto. Federigo con tutta ſua forza, e quella de' Lombardi v' era d' intorno, e ſtettevi per più meſi, e giurato avea di mai non partirſene, ſe prima non l' aveſſe; e però avea fatto incontro alla Cittade detta uno baſtito a modo d' un' altra Cittade con foſſi, e ſteccati, e torri, e caſe alla quale poſe nome Vittoria. E per lo detto aſſedio avea molto riſtretta la Città di Parma, ed era sì aſſottigliata di formento, e di vittuaglia, che poco tempo ſi potea più tenere, e ciò ſapea bene lo Imperadore per ſue ſpie. E per la detta cagione li tenea quaſi per gente vinta,* e po-

rum urbem ſunt ingreſſi. Vbi primo a Germanis fuga facta, deinde a ceteris, multis eorum trucidatis hoſtes caſtris potiti ſunt. Ingens praeda, (1) atque argentum inter cetera ibi repertum, cum corona Friderici aurea, lapidibus gemmiſque pretioſiſſimis inſignita. Imperator qui ſe ex fuga Cremonam receperat, non eſt metu auſus urbem ingredi propter Cremonenſes, qui eo

Y 2 in

e poco li curava. Avvenne, come piacque a Dio, lo 'mperadore per prendere ſuo diletto andoe un giorno alla caccia con ſuoi cani, e uccelli con certi ſuoi Baroni e famigliari fuori di Vittoria; i Cittadini di Parma avendo ciò ſaputo per loro ſpie come gente avvolontata, ma più come diſperata, uſcirono fuori tutti armati popolo, e cavalieri ad un ora; e vigoroſamente da più parti aſſalirono la detta baſtita di Vittoria. La detta gente dello 'mperador improvviſi, e non con ordine, e con poca guardia, come color che non curavano i nemici, veggendoſi così ſubitamente, e aſpramente aſſaliti, e non eſſendovi il loro Signore, non ebbono nulla difeſa, ma miſonſi in fuga, e in iſconfitta, e sì erano tre cotanti Cavalieri, e gente a piè che non erano i Parmigiani. Nella quale ſconfitta molti ne furono morti, e preſi. E lo 'mperadore ſappiendo la novella con gran vergogna ſi fuggì a Chermona. I Parmigiani preſono la detta baſtita, ove trovarono molto guernimento, e vittuaglia, e molte vaſellamenta d'ariento, e tutto il teſoro, che lo 'mperadore avea in Lombardia, e la Corona del detto Imperadore, la quale i Parmigiani hanno ancora nella

Sa-

in praelio caeſi fuerant. Hac clade ſuſcepta Fridericus brevi exercitum reparat, (1) cum quo paulo poſt hoſtes ea victoria ovantes praelio congredi auſus ſuperavit; (2) & agrum Placentinum depopulatus in Etruriam diſceſſurus (3) Henricum filium Sardiniae Regem Faventiae cum ſuis copiis reliquit, ut Bononienſibus bellum inferret. Igitur, per Forum Livii Ariminum veniens in Vrbinates deflexit, quos in fide confirmatos in Picenum, quod tunc ſuo nomine tenebatur, deſcendit. Copias undique contrahens in Peruſinos, Tudertanos, & Aſſiſios, qui partis Eccesiae facti erant, exercitum duxit, devaſtato, que eorum agro per Cortonenſem Florentiam venit, qui ſoli

Sagreſtia del loro Veſcovado, onde furono tutti ricchi. E ſpogliato il detto luogo della preda vi miſono fuoco, e tutto l' abbatterono, acciocchè non v' haveſſe mai ſegnale niuno di Città, nè di Baſtita, e ciò fu il primo Martedì di Febbraio li anni di Criſto MCC XLVIII Mecatt.

(1) Notat *Villanius Cap. XXV. Lib. VI.* poſt Concilium Lugdunenſe, in quo contra Fridericum excommunicationis poena emanavit, omnia ei adverſa eveniſſe. Vide ſub finem huius cap. *Mecatt.*

(2) De hac Friderici victoria mentionem non facit *Villanius*. Mecatt.

(3) *Villanius* dicit: *Enzo Re di Sardigna*, forſan nomen corruptum eſt, & idem quam Henricum ſignificat. *Mecatt.*

ſoli partium Ezelini in Etruria permanſerant. Qui quum ab iis (1) non reciperetur, quamquam ſe cetera imperata facturos affirmarent, poſtulavit ut Guelfos urbe propellerent. Qui ex iis, quos Florentini eiecerant in poteſtatem Friderici venere, ab eo male habiti ſunt, & in Arcem Miniatenſium cum ceteris prius captis & intruſis plaerique fame periere. Sed Rodulphus de Vrſania Vicarius, & Rainerius de Bondelmontibus, qui in Vrſania (2) capti fuerant, alter aqua demerſus interiit, alter excaecatus eſt. (3) Sunt qui dicunt Rainerium in Apuliam relegatum Nuceriae vitam finiſſe. Henricus Sardiniae Rex a Bononienſibus in pugnam adlectus magna ſuorum clade fugatus

(1) Quin potius Fridericus in Florentiae urbem ingredi recuſavit ut refert *Villanius Cap. XXXVI. Lib. VI.* in ea enim mortem obire verebatur. *Lo 'mperadore venuto in Toſcana non volle entrare in Firenze, nè mai non v' era entrato, guardavaſene, perchè per ſuoi augurii, ovvero detto di Dimonio, ovvero Profezia trovava, che dovea morire in Firenze, onde forte ne temea.* Mecatt.

(2) In Annalibus ita ſcribit]: *Rainerius Bondelmonte aqua demerſus interiit; & Rodulphus Vicarius primo excaecatus, deinde ſecuri percuſſus.* Lamius.

(3) *Villanius* dicit Guelfos captos eſſe ad Arcem, quam dicunt *Capraia*. Sic enim ille: *Capitano de' detti Guelfi era il Conte Ridolfo da Capraia, e Meſſer Ri-*

& (1) captus eſt. Paulo poſt Fridericus a Pontifice abſolutus ea Lege fuit, ſi Barbaris bellum inferret. Sed is quia Pontificem ſibi infeſtum ſciebat, & prima navigatio ſiſii adverſa male ſucceſſerat, ſtatuit Italia non diſcedere. Ad Regni curam verſus Manfredo ea oppida dono dedit, quae circa Tarentum erant; videnſque Appulos ingenio mobiles, promtoſque ad res novandas multa caſtella aedificari coepit, Brunduſſi, Bari, eiusdem ferme magnitudinis arces. Luceriae item & Caſtrum montis haud procul Andria; Averſae quoque & Capuae turres munivit. Ceterum Luceriam Agarenis quos Drepano adſportarat incoluit. Fagiam

Rinieri Zingane de' Buondelmonti. E rappreſentati a Fucecchio allo 'mperadore tutti gli menò ſeco prigioni in Puglia, e poi per lettere, e Ambaſciadori a lui mandati da' Ghibellini di Firenze, a tutti quelli delle gran caſe nobili di Firenze fece trarre gli occhi, poi mazzerare in mare, ſalvo meſſere Rinieri Zingane perchè trovò ſavio, e magnanimo no 'l volle far morire, ma fecelo abbacinare, e poi in ſull' Iſola di Monte Criſto come religioſo finio ſua vita. Mecatt.

(1) Sic habet *Villanius Cap. XXXVIII.* laudati *Lib. VI. I Bologneſi uſcirono fuori popolo, e cavalieri contro al detto Enzo, e combatteronſi con lui, e ſconfiſſonlo, e preſonlo nella detta battaglia con molta di ſua gente, e lui miſono in carcere in una gabbia di ferro, e in quella con grande diſagio finio ſua vita a gran dolore.* Mecatt.

giam praeterea in Apulia aedificavit, & multa loca religioſa. In quibus Eccleſiam Coſentinam, quam etiam librorum multitudine exornavit, & alia item permulta memoratu digna effecit, de quibus ſi ſingillatim referre vellem tempus me potius, quam materia deſereret; & alio feſtinare res ipſa me admonet.

Iisdem temporibus Philippus Ludovici Regis filius natus eſt. Deinde Fridericus Florentiam (1) Apuliae oppidum haud procul Venuſio petens, aegritudine correptus anno ſexto & quinquageſimo ſuae aetatis condito teſtamento interiit, (2) anno ſalutis MCCL.

(1) Ille qui mortem Friderico Imperatori praedixerat, iuxta Landinum, Michael Scotus eſſe putatur, de quo meminit Dantes Aligherius cap. XX. Inferni ubi ait.

Quell' altro, che ne' fianchi è così poco,
Michele Scotto fu, che veramente
Delle magiche frode ſeppe il giuoco.

(2) *Villanius* refert Manfredum Friderici nothum patri mortem acceleraſſe. Sic enim habet *Cap. XLII. Lib. VI. Nel detto anno MCCL. eſſendo Federigo Imperadore in Puglia nella Città di Firenzuola all' uſcita di Abruzi ſi ammalò forte, e già non ſi ſeppe guardare dal ſuo augurio. Che trovava che doveva morire in Firenze, e come dicemmo dinanzi per la detta cagione mai in Firenze non volle entrare, nè nella Città di Faenza. Ma male ſeppe interpetrare la parola*

MCCL. die decima ſeptima Decembris. Sepultus eſt Panhormi in Eccleſia Cathedrali ſepulcro Porphyreo ſatis excellenti. Sui vero teſtamenti ſic exordium eſt. *Primi Parentis incauta tranſgreſſio ſic poſteris legem humanae conditionis indixit ut eam non proclivis ad poenam, nec baptiſmatis tam celebris quam ſalutaris unda ſervaverit,* *quin*

rola mendace del Dimonio, che gli diſſe, che ſi guardaſſe, che morirebbe in Firenze; ed egli non ſi guardò di Firenzuola. Ed avvenne, che aggravando di ſua malattia, eſſendo con lui un ſuo figliuolo baſtardo, che avea nome Manfredi, deſiderando d' avere il teſoro di Federigo ſuo Padre, e la Signoria di Puglia, e di Cicilia, e temendo, che Federigo di quella malattia non iſcampaſſe, o faceſſe teſtamento concordandoſi col ſuo ſegreto Ciamberlano, promettendogli molti doni, e Signoria con un primaccio, che a Federigo puoſe il detto Manfredi in ſu la bocca sì l' affogò. E per queſto modo morì il detto Federigo diſpoſto dello 'mperio, e ſcomunicato da Santa Chieſa, ſenza penitenza, e ſanza alcuno ſacramento di Santa Chieſa. E per queſto potemo notare la parola, che Criſto diſſe nel Vangelio. Voi morrete nelle peccata voſtre. Così avvenne a Federigo, il quale fue così nimico di Santa Chieſa, ch' e' fece morire la moglie, e Arrigo ſuo figliuolo, e videſi ſconfitto, ed Enzo ſuo figliuolo ſconfitto, e preſo, ed egli dal ſuo Figliuolo Manfredi vilmente morto ſanza penitenza; e ciò fu il dì di Santa Lucia di Dicembre li anni di Criſto MCCL. E lui morto il detto Manfredi preſe la guardia del Reame e tutto il teſoro; e 'l corpo di Federigo fece portare, e ſeppellire *nobil-*

quin fatalis eventus mortalitas, cui praecedentis laſcivia tranſgreſſionis in poenam culpa transfuſa tanquam cicatrix ex vulnere remaneret. Nos igitur Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, Ieruſalem, & Siciliae Rex memor conditionis humanae, quam ſemper comitatur innata fragilitas, &c. in quo conſtat Conradum filium ſuum univerſalem inſtituiſſe heredem, cui ſi mors accideret, Manfredum inter ceteros ſcripſit heredem, Barulumque Conrado reliquit. Reliquit praeterea Manfredo Tarenti Principatum a petra Raſſetti uſque ad ortum fluminis Bradani, & comitatum Montis Canori, Tricaricae, & Grammae, uſque ad mare, Terebari, & Polliniani. Praeterea in Monte Galgano Comitatum honoris Sancti Angeli cum omnibus ad di-

nobilmente alla Chieſa di Monreale in Cicilia di ſopra la Città di Palermo, ed alla ſua ſepoltura volendo ſcrivere molte parole di ſua grandezza e podere, un Cherico Trontano fece queſti brevi verſi, i quali molto piacquero a Manfredi, ed agli altri Baroni, e fecegli intagliare nella detta ſepoltura, li quali dicono così.

Si probitas, ſenſus, virtutum gratia, cenſus,
Nobilitas orti poſſent reſiſtere morti,
Non foret extinctus Fridericus qui iacet intus.

Mecattius,

dictum honorem ſpectantibus. Ita tamen, ut praedicta omnia a Conrado recognoſceret. Legavit item Friderico nepoti Auſtriae, & Stiriae Ducatum, dummodo in his Conradum ſuperiorem cognoſceret. Cypri expenſis voluit decem millia auri uncias quotannis perſolvi. Legavit praeterea Henrico eius filio unum ex duobus Regnis quod Conradus decreviſſet, vel Aurelienſe, vel Ieroſolymitanum (1); cui etiam [illegible] pro

[illegible]

(1) *Collenuccius* de Friderici Imperatoris vita mentionem faciens eum maximum, ſapientiſſimumque, virum fuiſſe oſtendit. Nam ſtrenuiſſimum Ducem, formoſiſſimumque hominem, prudentem, artium, linguarumque peritum, ac literis excultum facit. Magnificum, liberalem, gratiſſimumque in beneficos praedicat. Multa in honorem Chriſtianae fidei, & Eccleſiaſticae libertatis conſervationem, & ad defenſionem Italiae ſcripſiſſe adfirmat. Verum Fridericum plurimis, & quidem maximis notatum vitiis faciunt Scriptores fere omnes. Videatur Divus *Antoninus Archiepiſcopus Florentiae* Parte 3. ſuorum Chronicorum. *Thomas Coſtus* Neapolitanus ſcriptor ad Hiſtoriam *Pandulphi Collenuccii*. Et pro cunctis audiatur *B. Corius* de morte Friderici ſic loquens. *E queſto fine ebbe il nefario, e ſeviſſimo Tiranno, perpetuo nemico de' Sacerdoti, ſpogliatore de' Tempi, diſpregiatore della Pontificia Maeſtà, perturbatore della quiete Italiana, ed autore d'ogni eſiziale diſcordia; dal quale poi le ſedizioni creſcendo, le mortalità inſino nel mezzo delle Città non ſono ceſſate.* Mecatt.

pro expenſis centies mille uncias dari mandavit. Praeterea omnia bona Eccleſiarum reſtituit, ad quos iure teneretur, iuribus tamen Imperii ſemper ſalvis; ſubditoſque Regni Neapolitani, & Siciliae exemtos ab omni onere eſſe voluit, nam Guillielmo tenebantur. Captivos omnes praeter mortis reos relaxare iuravit praeſentibus Bartholomaeo Marchione de Abrigo Legato ſuo, & Richardo Comite Caſertae genero ſuo, & Petro Ruffo Mareſchallo, et Richardo de Monte nigro Magiſtro Iuſtitiario, & Magiſtro Ioanne de Hydrunto, et Ioanne de Prochyta Medicis, et aliis teſtibus, ut in eius teſtamento continetur, quod in Archivo Neapolitano eſt.

FINIS.

VA1 1510078

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google